PD317
.T8 K6

0 317
T8 K6
opy 1

DE
VERBO GERMANICO TUON
ET
VERBO GOTHICO IDDJA.

DISSERTATIO GRAMMATICA.

SCRIPSIT

ET AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XI. MENSIS MARTII A. MDCCCLIV.

PUBLICE DEFENDET

CHRISTIANUS GUILELMUS KOHN
SIGENENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

CAROLUS ORTH, STUD. PHIL.
HENRICUS KLINGSPOR, STUD. THEOL. EV.
ADOLPHUS MACCO, STUD. JUR.

BONNAE,
FORMIS J. F. CARTHAUSII.
MDCCCLIV.

PII 317
.T8 K6

34933-

LIBRARY OF CONGRESS
1899
WASHINGTON.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

FRIDERICO DIEZ

CAROLO SIMROCK

PRAECEPTORIBUS DILECTISSIMIS

SCRIPTOR.

Praemonenda.

I.

Sit venia hisce vocabulis partim novatis vel certe non vere latinis, partim in sententia non vere latina positis, sit venia necessitatis causa, quam, nisi circumlocutionis circuitionisque uti volumus tali frequentia, quae et obscuret orationem et gravem lentamque reddat, nobis affert materia tractanda:

1) vocabulis *desonantia*, *transsonantia*, quibus secundum vocum *dissonantia*, *resonantia* in Schelleri lexico citatarum analogiam factis utemur ad exprimenda ea, quae Grimmius vocat „*Ablaut*“, „*Umlaut*“; nec minus vocabulo *desonans*, quo reddemus Grimmianum „*ablautend.*“
2) vocabulo *radicalis*, quod apud Schellerum non invenitur, quo exprimemus nostrum „*wurzelhaft*“.
3) vocabulis *colligativus*, *reduplicativus* apud Schellerum non citatis, secundum analogiam adjectivorum *comparativus*, *deliberativus*, aliorum a verbis *colligare*, *reduplicare* derivatis.
4) vocabulis *euphonicus*, *paragogicus*, quae et ipsa absunt loco citato, de quibus tamen cf. usurpatum a Schmellero (Glossar. Saxonic. pag. 182) adverbium *paragogice*.
5) vocabulis *organicus*, *inorganicus* in sententia nostrarum vocum grammaticarum „*organisch*“, „*unorganisch*“ positis, quorum prius tantum, idque alia significatione dictum, apud Schellerum invenitur.
6) vocabulis *flexio (flexiones)*, *flexivus* pro nostris vocibus

grammaticis „*Flexion*“, „*Flexionen*“, „*flexivisch*“ positis, quorum superius non nisi alia sententia dictum, posterius in derivato tantum adverbio *flexivice* quasi absconditum a Schellero citatur, de quibus tamen cf. apud Schmellerum (l. c. pag. 172) vocabulum „*flexionibus*“ in eadem significatione positum.

7) aliis quibusdam levioris momenti, quae sunt inter ea, quae sequuntur.

II.

Haec vocabula vernacula, ex maxima parte technica, constanter reddemus latinis his:

nostrum: *Form* (grammatice dictum)	latino: *forma.*
„ „ *Bildung* (grammatice dictum) . . .	„ „ *formatio.*
„ „ *ursprünglich* . . .	„ „ *primitivus* vel (adverbialiter) *principio, a principio.*
„ „ *regelmaeszig* . . .	„ „ *regularis* *) vel (adverbialiter) *regulatim.*
„ „ *gewoehnlich*	„ „ *solitus*
„ „ *überliefert* (illis oppositum, quae mera conjectura continentur)	„ „ *traditus*
„ „ *Lautverschiebung* .	„ „ *promotio sonorum*
nostra: *stark, schwach, Starkformigkeit, Schwachformigkeit* (in sententia Grimmiana posita)	latinis: *fortis, debilis, fortitudo, debilitas* **).

*) cf. apud Schmellerum (Gloss. Sax. pag. 181) vocabula „*regularibus*“, „*irregularia*“.

**) Nimis impediretur orationis facilitas, si Schmelleri exemplum sequeremur dicentis pro „*stark, schwach*“ modo „*absolutus, definitus*“, modo

nostrum: *urverwandt* (de ratione inter indogermanicas linguas intercedente dictum)	latino: *cognatus*
„ „ *verwandt* (dictum de ratione inter ipsas linguas germanicas intercedente) . . .	„ „ *finitimus*
„ „ *Ableitungsvocal* . .	„ „ *vocalis derivativa* *)
„ „ *Bindevocal*	„ „ *vocalis colligativa.*
nostra: *kürzen, Kürzung* . . .	latinis: *deminuere, deminutio.*
„ „ *schwächen, Schwächung*	„ „ *attenuare, attenuatio.*
nostrum: *ausstoszen*	latino: *excidere.*
„ „ *Ausstoszung*	„ „ *excisio* vel: *syncope.*
„ „ *verschmelzen*	„ „ *confundere.*
„ „ *Verschmelzung* . . .	„ „ *confusio* **)
„ „ *deutsch, germanisch* (in latiore sententia positum)	„ „ *germanicus*
„ „ *deutsch* (positum in angustiore sententia)	„ „ *theotiscus*
„ „ *althochdeutsch* . . .	„ „ *theotiscus* ***)
„ „ *altsächsisch*	„ „ *saxonicus*
„ „ *altfriesisch*	„ „ *frisius*

„*primarius*, *secundarius*“, modo „*potior, sequior*“ (l. c. pag. 2. 173. 176. 180. 181.) Quidni ad eandem metaphoram latinam linguam atque germanicam putemus idoneam?

*) cf. apud Schellerum vocabulum *derivativus*, quod quidem quanquam apud veteres grammaticos Schellero teste id significat, quod derivatur, non id, quod derivat, tamen hic secundum analogiam vocabulorum *deliberativus*, *laudativus*, aliorum in activa sententia positum est.

**) cujus significationis causa pro „*Vermengung*, *Verwechslung*“ dicemus non *confusio*, sed *permixtio.*

***) de quo vocabulo cf. Grimmii „Deutsche Grammatik“, vol. I., edit. III., pag. 13. sqq.

nostrum: *altnordisch*	latino: *scandinavicus* *)
„ „ *mittelniederländisch*	„ „ *batavus*
nostra: *neuhochdeutsch, neuniederländisch, neunordisch, romanisch*	latinis: *neotheotiscus, neobatavus, neoscandinavicus, neoromanus* **)
„ „ *mittelhochdeutsch, mittelniederländisch* . .	bis terve latinis: *mesotheotiscus, mesobatavus* ***).

III.

Scripturae compendiis explicationis egentibus hisce potissimum utemur:

Conjc. . i.e.Conjunctivus	germ.. . . i. e. germanicus
conjg. . „ „ conjugatio	goth. . . . „ „ gothicus
deb. . . „ „ debilis	theot. . . „ „ theotiscus
subst. . „ „ substantivum	sax. . . . . „ „ saxonicus
syll. red. „ „ syllaba reduplicativa	ags. . . . „ „ anglosaxonicus
voc. (der., flex. vel fl., red.) „ „ vocalis (derivativa, flexiva, reduplicativa)	fris., fr. . „ „ frisius
	scand. . . „ „ scandinavicus
	bat. . . . . „ „ batavus.

AA.i.e. Grimmii dissertatio academica ea, quae inscribitur „Diphthonge nach weggefallnen Consonanten“ (v. „Abhandlungen der Königl. Academie der Wissenschaften zu Berlin. Aus dem Jahre 1845. Berlin 1847,“ p. 192—194.)

AS. i. e. Graffii „Althochdeutscher Sprachschatz“.

Bw.i. e. „Ein angelsächs.Glossar von K. W. Bouterwek. Elberf. u. Iserlohn 1850.“

DG.i.e.Grimmii „DeutscheGrammatik“.

(DG. I. i. e. voluminis primi secunda editio)

(DG. I.[3] i. e. voluminis primi editio tertia)

GDS.velHist.Ling.Germ.vel Hist. L. G. i. e. Grimmii „Geschichte der deutschen Sprache.“

R.i.e. „A Grammar of the Anglo-SaxonTongue byErasm.Rask. Translated by B. Thorpe.“

Rf. i. e. Richthofenii „Altfriesisches Wörterbuch“.

Schm. i. e. Schmelleri „Glossarium Saxonicum“.

VG. i. e. Boppii „Vergleichende Grammatik“†), ex qua quum omnia quae citabuntur Boppiana deprompta sint, hoc signum saepius omittetur.

*) cf. apud Schellerum „*Scandinavia*“.

**) cf. apud Schellerum „*Neocretes*“.

***) cf. apud Schellerum „*mesochorus*“, „*mesonauta*“.

†) Utemur hoc libro quasi cunctae linguarum scientiae comparativae vicario. Deest tempus Pottii, aliorum scripta conferendi.

De alio nullo inter multa conjugationis nostrae verba anomala, quin — dici fortasse potest — de nullo omnino vocabulo linguae nostrae interpretando magis quasi fluctuantes, magis inter se differentes sunt opiniones litteratorum quam de formis maxime sane abnormibus, quin inauditis exemplorumque comparium expertibus verbi *tuon*. Atque Grimmius in Grammatica diversa tantum, quae esse possint, enarrat neque de controversia decidit, in Historia Linguae Germanicae definitam quidem viam defendendae verbi *tuon* conjugationis desonantis tentat, sed in alio opusculo (AA), quod paria inter se eademque esse verbum goth.um *taujan* et theot.um *tuon* contendit, suis ipsius et in Grammatica et in Historia judiciis plane repugnat. Et ut Grimmius a se ipso, sic a Grimmio dissentit Boppius in Grammatica Comparativa. Radicem enim probat in vocalem desinentem *(dô)*, comparatque verbo *tuon* graecum τίθημι, sanscr.um *dʿâ* (VG., prooem. quartae „Abtheilung", p. VII; et §. 620 sqq.), in controversiam vocante Grimmio (DG. II. 2 et 699. annot. *) omnes omnino nominum verborumque germanicorum radices in vocalem cadentes et verbo nostro (semel tantum et dubitanter illius *dô* mentione facta, DG. I. 1042) radicem vel *did* (GDS. p. 882 sqq.) vel *dah*, *dai*— i. e. *daj*— (DG. II. 234. et AA. p. 194) cognationemque (et in Grammatica I. 1063. et in Historia pp. 881. 882.) verbi latini *dare*, graeci δίδωμι attribuente. Ut breviter dicamus, duarum illarum definitarum Grimmii interpretationum (GDS. AA.) neutri, Grammaticae sententiarum vel conjecturarum nonnullis tantum, ei maxime, quae reduplicationis (a Boppio primo definite peroratae) primam fecit mentionem, con-

sentit. Rursumque et a Grimmio et a Boppio dissidet Graffius, cui quamquam communis est cum Boppio radicis in vocalem desinentis *(tâ)* comprobatio et graeci $\tau\iota\theta\eta\mu\iota$ cum verbo nostro comparatio (AS. V, 284. quo loco quae de Boppio cum verbo *tuon* sanscr.um *dâ,* lat.um *dare* conferente dicuntur, secundum ea, quae supra attulimus, corrigenda sunt), tamen negandam esse Praet.i reduplicationem, defendendam conjugationem debilem, negandum (id quod et Grimmius affirmat et Boppius) formatum verbi *tuon* ope Praet.um deb.e, et a Part.o Praet.i Praet.um derivandum esse placuit (AS. V. prooem. pp. XII. XIII.). Et sic fluctuantibus inter extremas dissimilitudines opinionibus doctorum supremorum, in minoribus grammaticae enchiridiis palmam accepisse videtur Graffiana illa Praet.i debilitas, siquidem judicare licet secundum Vilmarii creberrime divulgatum libellum („Anfangsgründe der deutschen Grammatik, I. Lautlehre und Flexionslehre"), in quo verbum *tuon* verbis „in Praes.i fortibus, in Praet.o debilibus" (p. 77) eo mirabilius apparet annumeratum, quo definitius ineunte prooemio „nihil nisi epitomen grammaticae Jacobi Grimmii" dari promittitur, grammaticae Grimmianae, quae Praet.i debilem formationem non solum non defendit sed plane rejicit (I. 1042). Attamen alio loco (AA., p. 194), ipse Grimmius de conjugatione debili cogitasse videtur dicens: „adh. tuon, ags. dôn aber stehn wie stuon accusare, spuon succedere, nur dass diese im praet. stuota spuota, jenes teta tâtum, im goth. da (für dêda) pl. dêdum bekamen, also auf einen infinit. daian zurückweisen, aus dem ein praet. dêda, dêdum, ein subst. dêds, wie aus saian sêds, flossen." Quamquam repugnat haec sententia non solum Grammaticae, sed sibi ipsi in ipso loco citato, quippe qui eadem Suffixa *(da, dêdum)*, a quibus origiginem trahit Praet.um debile, partes esse verbi *tuon* aperte concedat.

Sed quid plura de varietate contrariarum inter se opinionum, quas perfecte enumerare cunctas auctor hujus dissertationis litterarum librorumque parum peritus fortasse ne

poterat quidem, quarumque ad describendam differentiam suppeditant, ut videtur, quae dicta sunt! Nam exhausta videntur omnia, quae esse possunt, genera conjugationis (reduplicativum, desonans, debile), omnia radicis (desinens in vocalem, in spirantem, in aliam quam consonantem: *dô; dah, daj; did*).

Conemur, quam poterimus optime, inter sē comparare sententias differentes, examinare omnia, optima obtinere, et difficultatum hujus verbi explanationem — conemur conari! Si contingat, ut veri aliquid, etsi grano inter paleam comparandum, dicamus, causa sit quaesumus veniae falsi. Sin ne hoc quidem, ut agnoscatur studium quidem atque cura, rogamus. —

Atque facilius est demonstrare verbum *tuon* non esse debile, necesse esse et usque ab origine et in formatione nobis tradita conjugationis sit particeps fortis, quam singulatim perficere formarum singularum explicationem, neque solum per se facilior est illa negativa potissimum demonstratio, sed etiam interpretationem (ut vocabulo technico utamur) „positivam“ ita regit ac faciliorem reddit, ut intra angustiores quidem terminos fortis conjugationis coërceat vias perscrutandi. Quare tali disserendi ordini, qui argumentationem illam ceterae disputationi praemittat, favere videntur optimae rationes. Hunc igitur ordinem sequemur:

I. Refutetur hujus verbi, vel potius Praeteriti ejus, conjugatio debilis.

II. Perquirantur formae nobis traditae, tentetur explicatio definita.

III. Addatur postea eorum deliberatio brevis, quae quum ad verbum *tuon* arctius remotiusve referantur, tamen momenti decidentis expertia a secundae partis disputatione possunt excludi; huc pertinet verbi in recentioribus linguarum aetatibus formatio, quam a fundamento antiquiorum dialectorum derivandam omitti posse consentaneum est in ascendente ad verbi originem disquisitione; huc subst.^{um} ab eadem radice ortum *(dêds)*, cujus brevem tantum mentionem facere in radice verbi

perscrutanda pars secunda poterit; huc goth.ⁱ *taujan* cum verbo nostro comparatio.

IV. Excursus accedat de goth.º *iddja*, quippe cujus formatio singularis arctissime nexa et jugata videatur cum verbo *tuon*.

Reliquum est, ut de linguis, quae respiciendae sint, pauca praemoneamus. Dialectis veteribus ut par judicetur, quasi jure suo postulare potest lingua bat.ª media non orta directe ex saxonica vetere sed ex mortua ejus sine litterarum monumentis sorore (linguâ bat.ª vetere) atque eminentibus in rebus (cogitetur ex. gr. de personalium Pluralis terminationum in sermone bat.º medio differentia, in sax.º vetere aequalitate) peculiari specie et a lingua sax.ª differente praedita. Restabunt igitur parti tertiae lingua theot.ª media et recens, bat.ª recens et anglica, et (Suffixorum causa Praet.ⁱ deb.ⁱˢ) linguae neoscandinavicae. —

Transeamus ad ea, quae primae parti proposuimus.

I.

Singula deinceps argumenta proferamus.

1) Negari non potest forte esse Part.^{um} Praet.^{i} ; contendi non potest debile esse Praesens (ut statim demonstrabimus); ergo, quae debilia esse fortasse possunt, ea in exiguum Praet.^{i} quasi gyrum compulsa esse apparet. Qua ipsa ex re manat non solum primitivae fortitudinis perfectae conjiciendae quasi jus et auctoritas, sed etiam fortis, quale traditum est, Praet.^{i} major quidem probabilitas quam debilis.

Forte esse Part.^{um} Praet.^{i} non opus est explanari; sed quod supra diximus contendi non posse debile esse Praesens, defensionis causa pauca afferamus. Inest Praes.^{i} iisque, quae cum eo cohaerent, primitiva inter fortem conjg.^{em} et deb.^{em} differentia nulla nisi propria verbis debilibus vocalis derivativa, quae quum per omnes verbi formas pertinet, tum etiam Praes.^{i} deb.^{i} notam quandam distinguentem praebet; neque tamen ipsius flexionis inter Praes.^{ia} fortia et deb.^{ia} ulla alia exstat discrepantia nisi talis, quae specie tantum contineatur aut recentiore origine, velut specie contractio flexivarum vocalium et derivativarum, recentiore origine I.^{ae} Sg.^{is} pers.^{ae} terminationis - m (principio, ut linguae cognatae docent, universe valentis) sax.^{a} et theot.^{a} in deb.^{is} conjg.^{is} uno duóbusve generibus conservatio, in forti (paucis exceptis) apocope. Itaque theot.^{i} *tuom*, sax.^{i} *dôm* littera *m* Praes.^{is} ullam debilitatem neutiquam demonstrat, neque alia ulla re nisi vocali aliqua der.^{a} auctoritas nobis tribui potest debilitatis secundum verborum *vahsjan, hafjan,* cet. exemplum affirmandae; quamquam ipsa haec exempla dubia redduntur Boppii (VG. §. 109^{a}. 2.)

longe diversa opinione. Sed hoc omisso, quaenam est vocalis der.ª ? Theot.um *tuom* etiamsi in *tu-* et *-ôm* posset dividi, tamen sax.um *dôm*, ags.um *dô* — poteratne derivativam habere *ô* vocalem, radicem unam solam *d* litteram? Et Praes.ia illa cum *j* derivativa conjuncta etsi debilia esse constaret, ubinam analoga essent verborum fortium Praes.ia debilia cum ô derivativa?

Sed haec hactenus. Potuerit quis facile induci ad attribuendam Pract.o quoque unam quidem formam, cujus negari non possit fortitudo. Dici enim potest: II.ae pers.ae illud *tâti*, quod terminationem *i* habeat forti conjugationi theot.ae, sax.ae, ags.ae peculiarem, pro qua deb.is conjugatio sine ulla exceptione ponat *s* flexivam, quodque si debile esset, *tâtôs* diceretur vel *tëtôs*, formationis fortis pluribus argumentis non indigere (cf. DG. I. 1042), quin etiam ex eo sequi, ut fortis et ipsa sit consentanea manifesto formatio formarum Pluralis et Conjc.i *tâtumês*, *tâti*, cet. Sed huic rei quidquam ponderis afferre nolimus tum alius sententiae causa, quae ex falsa demum conjg.is desonantis analogia inorganice esse ortum illud *tâti* contendere potest, tum quasi compensationis, quam ejusdem *tâti* speciei forti debilis opponit congruentium formarum *dëdôs*, *didest* species.

2) Verbum *tuon* secundum plura, de quibus statim disseretur, indicia veterrimis annumerandum esse videtur linguae nostrae verbis, iisque secundum dogma illud Grimmianum, quod revinci non potest, quod deb.em conjg.em continere verba derivata, fortem simplicia, primitiva, ideoque hanc illa antiquiorem esse defendit, necessarie fortibus.

Priscam autem verbi nostri antiquitatem confirmare videtur ipsa illa formarum anomalia, enormitas, imo obscuritas, cujus quanta crebitas verbo huic insit, ex varietate, quam vidimus, opinionum elucet. Nam antiquissimis potissimum linguarum verbis nonne propria tanquam signum sigillumque vetustatis videtur anomalia illa? Quantum extraordinarii et discrepantis in conjg.is nostrae germ.ae Practeritopraesentibus?

Quantum in linguarum et cognatarum et nostrarum verbo substantivo? Cf. DG. I. 1053. (V.). Neque obstat comparatio sermonum cognatorum, quae (sive cum Boppio consentiens graecum τίθημι confers, sive cum Grimmio lat.um *dare*) radicem indicat priscam et non derivatam. Atque adeo verbi simplicis in goth.a dialecto absentia testificari nihil nisi summam ejus antiquitatem potest. Nam quin goth.o sermoni principio non defuerit integer hujus verbi usus, testibus tum subst.is *dêds* et *dêdja* (cf. DG. I. 1041.), tum verbi in finitimis dialectis conservatione (ut de Praet.i debilis formatione extemplo consideranda hoc loco taceamus), dubitari plane non potest. Esse nequit, ut debile *taujan* sit primitivum Gothorum „*facere*“; esse nequit, ut (id quod infra tractabimus) idem sit atque conservatum in subst.o *dêds* verbum *tuon;* nihil aliud esse potest quam recentior quaedam compensatio, scandinavico *gera* analoga, exstincti *tuon!* Exstinctique in veterrima dialectorum nostrarum quasi vitam in cunctis quondam dialectis vigentem — usque ad quantam antiquitatem necesse est pertinere? Intereundi quanto tempore indiguerit? Ante intereundi initium quantum per temporis spatium exstiterit?

3) De Praet.o deb.i ope verbi *tuon* formato proposita primum a Boppio (in opere inscripto „Conjugationssystem cet. Frankfurt 1816“, p. 151—157) sententia sejungi non potest ab altera necessarie secum nexa opinione conjugationis fortis, a principio fortis verbi *tuon;* nam quomodo potuit ad formandam flexionem debilem adhiberi verbum et ipsum debile? Refelli autem Boppianum illud dogma plane non potest, imo vix dubitari. Dubitat sane Graffius (AS. V. prooem. p. XIII.); at qualibus fretus rationibus? Prorsus falsa est prima, quae analogiam deesse contendit; neque quidquam demonstrat altera deesse commemorans goth.um verbum simplex, quod exstitisse indubiis testimoniis vidimus comprobari; quodque tertia opponit, dici non *daidôum* aut *dêdôum* sed *dêdum,* id analogiae sanscr.ae ope tam facile explicatur tamque certo, ut vix difficultas, nedum refutandi ratio, possit judicari. Difficultasque

etiamsi diceretur, quanto minor esset quam illa, quam expositioni Graffianae affert radicalium (nam tales essent) ê, â, i, ë vocalium in Praet.i prima syllaba varietas? Praeterea in una re et primaria Graffius cum Boppio consentit reduplicationem et ipse defendens, modo ita a Boppiana differentem, ut artificiosior sit atque inorganica, non ad verum, ut Boppius vult, verbum relata sed ad pronomen quoddam tanquam verbum tractatum! Contra non solum ipse Boppius dictam anno MDCCCXVI sententiam, ut ostendit Grammatica Comparativa, firme obtinuit, sed eandem etiam Grimmius et in Grammatica (I. 1042) et in Historia Linguae Germ.ae (p. 881) defendit. Et profecto, si conferas Suffixa *dêdum*, *dêdjau* accuratissime congruentibus formis simplicibus theot.is *tâtumês*, *tâti*, sax.is *dâdun*, *dâdi*, substantivisque goth.is *dêds*, *dêdja*, theot.is *tât*, *tâto* (DG. I. 1041) ac de apto, praecipue apto ad hanc rem verbo *tuon* auxiliarium ejus in lingua anglica dialectisque vulgaribus neotheot.is usum consideres, si linguarum sanscr.ae, graecae, lat.ae, aliarum formationes analogas verbi substantivi auxilio factas (velut *ama-bam*, *ἐμίσθω-σα*, cet.), vel potius si ejusdem verbi *tuon* vel synonymorum verborum pari modo usurpatorum frequentissimas in linguis cognatis analogias ponderes, quas collegit Boppius in Gramm. Comp. (maxime in prooem. quartae „Abtheilung“ p. VI. VII et in capite de Perfecto disserente), analogias inquam sanscr.ae linguae (§§. 619. 625, quibuscum cf. §. 623, p. 873) et zendicae (§. 637), graecae (§. 630, cui addatur §. 886) et latinae (§. 632), slavicae veteris (§. 633—635) et serbicae (§. 657, p. 910), lithuanicae (§. 525) et letticae (§. 636), — haec omnia si consideres, profecto interrogare possis, possitne fieri, ut dubitetur.

His de causis in hoc libello Suffixa Praet.i deb.is tanquam membra partesque verbi *tuon* tractare eiusque formarum explicationi ubique adjungere non dubitabimus*).

---

*) Attamen Part.i Praet.i terminationem *-th*, *-d*, *-t* ad verbum *tuon* **non** adjungemus interpretationem sequentes a Boppio (§. 620, §. 626,

Boppiana autem Praet.i deb.is interpretatio si certa est, non minus certum est primum, verbum *tuon* in primitiva quidem forma flexionem possedisse fortem, tum, convenientes illas cum Suffixis goth.is *dêdum, dêdjau* formas theot.as *tâtumês, tâti,* sax.as *dâdun, dâdi* *) primitivam hanc fortitudinem servavisse.

Quae supra diximus, ea sane ad primitivam potissimum fortitudinem pertinent, neque excludunt formae unius aut alterius debilitatem corruptione aliqua recentiore effectam, sed si adhibuerimus, quae diximus, formis, quae exstant, quoad disputatum de iis nondum est non minus fortem esse apparebit eam verbi nostri formationem, quam produnt monumenta scripta.

---

§. 817 sqq.) defensam. Neque definite defendit Grimmius, sed breviter tantum attingit hujus terminationis a verbo *tuon* derivationem (DG. I. 1042). Quin alio loco (DG. I. 1066) idem illud *th, d, t* cum lat.a terminatione *-tus* comparans cum Boppio consentit. Ac rejicere etiamsi possemus gravissimam linguarum cognatarum analogiam, qua ducitur Boppius, quae verbo *tuon* perspicue repugnat (cf. sanscr.um *-ta* et *dâ, dâ*, graecum *-τος* et *δι-δω-μι, τι-θη-μι*), tamen — quam difficilis tum quoque maneret contractae ex *salpôtânêr* formae *salpôtêr* explanatio? Longe alia est syncope, qua in formam *nasîda, nerita* conversa est forma antiquior *nasidida, neritëta* vel in formam *neritun* antiquior *neritâtun;* nam adjuvit contractionem duplex *d, t* littera atque unius tantum intercedentis vocalis exstinctione, ut, in unam incidentibus duabus *t*, perficeretur syncope, opus fuit. Sed ex illo *salpôtânêr* eadem vocalis excisione orta esset forma *salpôtnêr,* quae delendae *n* litterae causa iteratae indiguisset et difficilioris syncopes.

*) Hac de re si Boppii opinionem (VG. §§. 621, 622 [pag. 870]) sequeremur (quam cur non sequamur, elucebit ex iis, quae infra dicentur), in falsa sane specie versaretur haec convenientia. Attamen argumentatio hoc loco nobis proposita, quoad pertinet ad traditas formas Praet.i (v. huiusce partis primae finis), minime impediretur, sed mutaretur tantum et inverteretur. Responderent enim (cf. VG. §. 593) goth.o *dêdum* sax.um *dëdun* et ags.um *didon,* sequeretur, ut fortes essent primum formae *dëda, dide, tëta,* tum ceterae.

Atque mentio facta jam est tum Praes.is et Part.i Praet.i, tum congruentium cum Suffixis goth.is formarum Plur.is et Conjc.i Praet.i theot.arum et sax.arum (*tâtumês, tâti; dâdun, dâdi*). Quibus ante omnia accedunt secundae pers.ae theot.a forma *tâti* et sax.a *dâdi*, accedunt (ut taceamus de terminatione *i*) formationis causa cum Plur.is et Conjc.i illis formis manifesto consentaneae. Totus autem Conjc.us, Ind.i tum Plur.is tum ex formis Sing.is una si fortes sunt, nonne sola haec analogia satis est ad demonstrandam ceterarum quoque formarum, totius Praet.i fortitudinem? Hoc quidem refutari non potest, principio quidem conjunctum fuisse cum forti Plur.i et Conjc.o fortem Sing.em, formamque *tëta*, siquidem debilis sit, nihil aliud esse posse quam recentiorem antiquioris formae fortis compensationem; sed talia conjiciendi (ut omittamus quaestionem, cur non *tuota, dôda* dicatur, sed *tëta, dëda, dide*, interrogantem) quid nobis tribuat auctoritatem? ubinam analogia? ubi causae, quae talem corruptionem effecerit, vel minima species? Huc accedit, quod Sing.is Suffixa *da, ta* pariter atque Plur.is et Conjc.i necesse est ex forti aliqua forma manavisse, quam aliam esse atque *dëda*, *tëta* qui vellet contendere, nihil haberet adminiculi et fundamenti. Atque formae *tëta, dëda, dide* si fortes sunt, sequitur, ut fortes et ipsae sint eae formae sax.ae et ags.ae (*dëdun, dëdi; didon, dide*), quae a theot.o *tâtumês*, sax.o *dâdun* discrepantes congruant illorum *dëda, dide* formationi.

Forti igitur Part.o Praet.i, Praes.i non debili Praet.um accedit in omnibus partibus forte, apparetque verbum *tuon* (ut omnia breviter complectamur) forte esse non solum quale principio fuerit, sed etiam quale exstet; neque plus duae formae (sax.um *dëdôs*, ags.um *didest*), quas nondum consideravimus, quarum terminatio suspicionem dare leviter inspicienti facile potest, tanquam testes remanere cujusdam quasi irruptionis flexionis debilis possunt videri. Sed falsam esse hanc quoque speciem, falsas debilitatis vel ultimas has reliquias infra videbimus.

II.

Explicationi nunc conandae secundum ea, quae supra dicta sunt, solius quasi campus patet fortis conjg.^{is}, cujus ut duo internoscuntur in lingua germanica genera, desonans et reduplicativum, ita verbi nostri interpretandi licet duplicem modum tentare, sequentem aut desonantem conjg.^{em} aut (concedente ejusdem consonantis in Praeterito iteratione) reduplicativam.

Horum modorum prior formas *tâti*, *tâtumês* aspicienti facile videtur simplicior. Hae enim formae — quam consentaneae videntur Grimmii conjugationi decimae, quam consentaneae radici cuidam *did, tit (dida, dath, dêdum; titu, tat, tâtumês)*! Ac revera iniit hanc viam quantumque fieri potest defendit Grimmius in Historia L. G. (p. 882 sqq.). Sed ingentes sunt, imo invictae, quae obstant, difficultates; neque ipsius Grimmii rationibus vinci potuerunt. Nec melius poterimus obtineri non posse hunc modum arguere quam scopulos studentes ostendere, ad quos appellitur argumentatio Grimmiana.

1) Ac primum Praesentis formam *tuom* Grimmius (pp. 885. 886) facere non potest quin a pleniore quadam forma *tituom*, si in goth.^{um} sermonem vel sax.^{um} vertimus, *dôm* a *didôm* derivet. Sed suspiciosum est primum, radicis *did*, *tit* Praesens esse *did-ô-m*, *tit-uo-m*, non *did-a-m*, *tit-u-m**) vel simile. Quid enim aliud potest propositum esse vocali inter

---

*) Ex verborum fortium primae Sing.^{is} pers.^{ae} terminatione gothica *-a*, theot.^{a} *-u* num forte conjici licet antiquiorem terminationem *-am -um*?

radicem et consonantem flexivam intercedenti nisi aut colligare consonantes *d* et *m* aut (secundum Boppii §.um 109a) classem quandam verbi significare? Sed colligativae vocales — nonne breves esse solent? Analogia ubi est colligantis *ô, uo*? Et classis si indicetur, quae alia indicari possit illa *ô, uo* vocali nisi Boppiana classis decima (§. 109a. 6.), Grimmiana conjugatio debilis? Praesensque debile curnam habeat priscum hoc verbum omnibusque in reliquis formis forte? Et (id quod iam supra monuimus [I. 1]) analogia ubi est debilis ullius verborum fortium Praesentis ô derivativa praediti?

Deinde, etiamsi esse posse radicis *tit* Praesens *tituom* concederemus, — quomodo ex eo oriri potuit forma *tuom*? Longe aliter res se haberet, si syllabae *di-, ti-* reduplicativae, quasi praesonantes tantum essent; nam ut ex *ni-nam-a nam*, ita ex *di-dô-m, ti-tuo-m* manare poterat *dô-m, tuo-m*. Radix autem *did, tit* quomodo deminui potuit usque ad unam solam litteram *d, t*? Comparari non posse consentaneum est Suffixorum in Praet.o deb.i exemplum, quippe quod ad verba composita, polysyllaba, deminutionis maxime egentia pertineat et ad syllabarum excisionem, quae accentum, significationem, omnem quasi vitam amiserant.

2) Iam vero Praet.i formas *tëta, dëda, dide* explicaturus Grimmius primum attenuatione formarum *tata, dada* effectam esse *ë*, *i* vocalem contendere cogitur (p. 885. „ahd. tëta ist schwächung von tata"). Quae res, radice *tit* defensa, magnam habet difficultatem; nam attenuatae *i* in Praet.i Sing.i prorsus deest analogia (nusquam exstantibus formis *lis, gib* pro *las, gab*, cet.), et obstitisse apparet necessitatem intercedentis inter Praet.um et Praesens differentiae, quam attenuatio illa, si facta esset, tantopere delevisset, ut ex. gr. in unam formam incidissent illud *lis, gib* et Imperativus, verbi nostri illud *dide* et regularis radicis *did* prima Praes.is pers.a, cui ipse Grimmius in eodem libri sui capite, de quo disserimus, attribuit formam gothicam *dida*. Sed accedunt plura et difficiliora. Remansisse vult Grimmius in illo *dada, tata* terminationem

quandam alias perditam Sing.^{is} Praet.^{i} (p. 884), i. e. remansisse in hoc uno Praet.^{o} id, cujus in universis linguae germ.^{ae} finibus nullum jam vestigium invenitur. Ut ex *ninama, nama* manavit *nam*, quidni ita ex *didada, dada — dad?* Ex deminutione, qua pariter affecta cunctarum dialectorum cuncta Praet.^{a} desonantia inveniuntur, quaenam ratio potest cogitari quae hoc unum *dada, tata* eripuerit? Concedi fortasse potest exstitisse illam terminationem originis Praet.^{i} deb.^{is} priscis temporibus, suffixumque, modo in deminutam formam *da* sensim conversum, quasi obduruisse illud *dada.* Sed etiamsi hoc concederetur, — quaenam causa esse potuit, quae protexisset simplicem formam?

3) Et ex Part.^{i} formis *didans*, *tëtanêr* quomodo oriri potuerunt formae *(ki-)tân, (gi-)dûan, (ge-)dôn?* Hac de re Grimmius, ut ipse confitetur, est plane „incertus“ („unsicher“ p. 886). Ac profecto quomodo fieri potest, ut hae formae inter se concilientur?

4) Nihil demonstrat analogia, quam ab aliis quibusdam verbis germ.^{is} ducere Grimmius studet, a *stantan stân* (p. 886—888), a *gangan gân* (p. 888), a goth.^{o} *iddja* (pp. 888. 889). Priora enim duo verba quod duas radicis formas, latiorem quandam et breviorem *(stant*, goth.^{e} *stand stath*, et *stâ; gang* et *gâ)*, revera complectuntur, hac re ne hoc quidem arguitur (sine quo de analogia cogitari nequit), manavisse breviorem (sicut *tuom* secundum Grimmii opinionem ex illo *tituom*) ex deminuta latiore. Contra Boppius a breviore forma *stâ* derivat latiorem *stant* (VG. p. 122), quacum re cf. quae de forma *gangan* sanscr.^{i} verbi *gam* Intensivo *g'angam* comparanda dicit p. 700, annot. *. Atque ortum esse *gân* ex *gangan, stân* ex *stantan* etiamsi constaret, ne tum quidem sequeretur, ut par esset formae *tuom* origo. Multum differt. Duas enim omnino esse radicis formas in verbis *stantan, gangan* negari plane non potest, in verbo *tuon* conjicitur tantum; duae in uno eodemque Tempore illic apparent, hic — sine ulla permistione in Praes.^{i} invenitur quae brevior, in

Praet.^{o} quae latior perhibetur; perhibetur, inquam, neque tamen demonstratur; nam — duplex Praet.^{i} *t* littera pleniorem illam formam, radicem *tit*, minime postulat, sed aliam quoque interpretationem (reduplicationem dico) admittit.

Jamque tertium illorum verborum, goth.^{um} *iddja*, momenti etiam minoris est. De radicis enim duplici forma disputari plane non potest, sed de ejus fine tantum in consonantem, ut vult Grimmius, desinente. Sed primum ipsa illa radix *id*, quam Grimmius analogiam quandam praebere vult radici *did*, quam dubia sit, infra [IV] videbimus, deinde, etiamsi ipsa concederetur, ex ea quaenam manaret confirmatio radicis longe alius verbi, radicis praesertim, cui proprii verbi formae tanta impedimenta inferunt?

5) Latinorum, graecorum, sanscr.^{orum}, aliorum verborum analogias Grimmius non potuit nisi ita assequi, ut non solum dogmatis graecae grammaticae et latinae manifestis et confessis, sed etiam iis, quae docet comparativa scientia linguarum, qualia descripta sunt in Boppii Grammatica, prorsus repugnet. Adepturus analogam illi *did* formam, negata lat.^{i} Perfecti *dedi* reduplicatione, formam *do* contendens effectam esse deminutione quadam („Abstumpfung“) formae *dedo*, formam *dedi* formae *dedidi* (Perfectorum instar, ut dicit, *legi favi* ex *lelegi fefavi* ortorum, quae tamen comparatio minime quadrat, longae vocali formarum *lēgi fāvi* obstante brevi formae *dĕdi*) radicem verbis *dedo* et *do* communem esse vult formam *ded* (pp. 884. 885). Cujus rei quas rationes affert, haece sunt: Primum analogia nititur lat.^{i} *bibo* („dedo“, inquit, „enthält so wenig reduplication als bibo, vielmehr lauten die stämme DID, BIB“ p. 884). Deinde Supinorum *deditum*, *bibitum* praecipuam facit mentionem, „die“, inquit, „wieder keine reduplication einschliessen, deren das lat. sup. unfähig ist“ (p. 884). Affert denique Perfecti *dedi* formationem, quam a *dedavi*, *dedai* derivari posse negat („niemand wird doch dedi aus dedai für dedavi erklären“ p. 885). Sed his rationibus quid efficitur? Negantur in prioribus quae a nemine affirmantur. Quis

enim est qui de reduplicatione cogitet latini *dedo?* Nonne compositum ex *do* et praepositione *de* putari solet? Quare nihil refert hoc loco, utrum reduplicationem contineat lat.um *bibo* necne contineat (sed cf. DG. I. 1059. 4. et quae de lat.o *sisto*, graeco ἵστημι in ipsa Hist. L. G, p. 887, dicuntur). Et quod in tertia ratione contenditur oriri non potuisse *dedi* a *deda-i*, — inauditumne revera est, cessisse terminationis vocali vocalem radicis? Citari possunt sanscr.ae formae *da-d'-i-ma*, *da-d'-us* pro *da-d'â-i-ma*, *da-d'â-us* positae atque adeo (sine ulla vocali sequenti) *da-d'-mas*, *da-d'-yâm* pro *da-d'â-mas*, *da-d'â-yâm* (VG. p. 869 et §. 481.), sed Grimmius ut radicem *dà*, ita radicem *d'â* rejicere, ut radicem *dad* pro *dâ*, ita *dad'* pro *d'â* defendere potest. Sed omissa hac re, formae *dedi* a *deda-i* derivatio num difficiliore contractione continetur quam defensa a Grimmio goth.i *haban*, *haba* ab *hab-ai-an*, *hab-ai-a* (DG. I. 850 sqq.)? Atque verae etiamsi essent illae rationes, contra alios interpretandi modos (partim ne exstantes quidem) aliquid diceretur, nihil pro proprio modo; propriusque hic Grimmii modus contra quantas difficultates se ipsum debebat defendere! Velut radix illa *ded* vel *did* quomodo potuit usque ad solam *d* litteram deminui? Cf. quae supra dicta sunt de *tituom*, *tuom*.

Pari modo Grimmius graeci δίδωμι, sanscr.i *dadâmi* (p. 885.) radices esse διδ, *dad* statuens (scribit enim διδ-ωμι, *dad-âmi*) grammaticae graecae Boppiique Gramm.ae Comparativae repugnat, pariterque violentas atque in verbis *tuom* et *dô* deminutiones (velut graeci δώσω, δέδωκα ex διδ-ώσω, δε-δίδ-ωκα originem, p. 885, *) defendit. Nec minus lithuanicum *dû̃mi*, cujus cum *tuom* concentui multum ponderis affert, a radice *did* et terminatione *-û̃mi* derivari nequit; cf. de Boppii longe alia interpretatione Gramm. Comp. §. 481. Ceterum (id quod inferius disputabimus) cognata quoque sint, ut vult Grimmius, verba *tuon*, *dare*, *dû̃mi*, cet. necne sint, nihil interest hoc loco.

Porro, ut analogiam nanciscatur theot.i *stantan*, *stân*,

negata iterum reduplicatione Perfecti, ut *do* a *ded (dedo)*, ita *sto* a radice quadam *stat* (p. 886.) derivat, iterum violentissimam radicis deminutionem defendens, grammaticis latinis Boppioque iterum penitus repugnans. Repugnantium etiam plenior est graeci ἵστημι (zendici *histâmi*) explicatio (p. 888). Neque enim huic verbo radicis διδ instar radix ἱστ attribuitur, sed erat στάτωμι, inquit, exspectandum, cujus radicem στατ, ingressa ex Praet.° in Praesens reduplicatione, obvolutam („verhüllt") esse dicens hosce gradus formationi praescribit: primum στατωμι, deinde Praet.um ἱστατωκα vel simile et manans ex eo Praesens ἱστατωμι, ortam denique ex hoc formam ἱστημι. Nec minus sanscr.um *tiśt'âmi* ex *stitâmi*, *statâmi*, ut dicit, transpositum („versetzt") eidem radici *stat* vel *stit*, obstante Boppio (VG. §§. 482. 508.), annumerat.

Neque radicis *id* omittit analogias consectari; sed tacere possumus hac de re quam IV.ae parti proposuimus, quamque, etsi certa esset, radici *did* vidimus adminiculum ullum praebere non posse.

6) Neoromanarum formarum a latini demum sermonis fundamento ortarum analogia, quam et ipsam citare studet Grimmius (pp. 889. 890), plane nihil potest demonstrari. Neque enim ex his linguis quidquam colligi potest de latina, sed ex contrario prout latinae formae *dedi*, *steti* continent aut non continent reduplicationem, sequitur, ut contineant, aut ut non contineant neoromanae *diedi*, *detti*, *stetti*. Verum est, neoromanarum linguarum ingenium reduplicationem ignorare, sed hinc nihil nisi hoc sequitur, ut in illis exemplis reduplicatio non sentiatur. Verum est, non sentiri illorum *diedi*, *stetti* ullam reduplicationem, sed meram flexionem haberi terminationem *-etti* (ut planissime elucet ex italicae conjugationis in *-ere* terminationibus *-etti*, *-ette*, *-ettero*); at his ex omnibus sequiturne, ut reduplicationis quidquam continere vel insciae nequeant illae linguae? Quod superest, italicum *andare*, *andiedi*, *andetti* (cf. Diez, Grammatik II. 130. *) et hispanicum *andar*, *andido* (cf. Diez, II. 149) a Grimmio dif-

fusius disputata quomodo sint interpretanda, hoc loco nihil refert.

Jam ea, quae supra dicta sunt, breviter respiciamus. Ipsius verbi *tuon* formae radici *did*, *tit* difficultates opponunt tam ingentes (consentit nihil nisi Praet.^{i} Plur.^{is} et Conjc.^{us}, dissentiunt omnia cetera), ut ad ostendendam hujus radicis falsitatem plane suppeditent. Nihilominus Grimmius tenet hypothesin suam pluribusque analogiis fulcire studet. Quas analogias vidimus non solum fulcire non posse rem per se tam infirmam, tam vacillantem, verum etiam magnam partem (velut radices illas *ded*, *διδ*, *stat*, *στατ*, cet.) perspicue falsas et ipsas esse.

Accedit ad haec omnia dubitatio, quam radix *did*, *tit* quasi in se ipsa habet. Similes enim radices verborum germ.^{orum}, quarum et initium et finem format una et eadem consonans simplex intercedente nulla re nisi mera vocali brevi, suntne omnino? Vel, si sunt, rarissime certe apparent. Alius formationis sunt radices illae a Grimmio comparatae *gang, stant, stand, stath.* Talis forma qualis *tit*, nonne reduplicationem sua sponte quasi flagitat?

Elucet ex iis, quae dicta sunt, verbum *tuon* ut debili conjg.^{i}, ita desonanti quoque nequire attribui, neque alium ullum modum interpretandi restare nisi — conjugationem reduplicativam! Qui modus quanquam difficultatibus et ipse minime caret, tamen, ut apparet, id emolumenti quasi anticipatum habet, ut unicus sit qui esse possit, et praeterea, si consideres hujus verbi, quod origini debilis nostrae conjugationis antecessit, talem antiquitatem, quae formarum priscarum, formandi modorum vel exstinctorum traditionem non solum mirabilem esse non sinat, sed (veterrima enim verba nonne solent esse anomalissima? anomala inter veterrima?) propemodum exspectari jubeat, si hoc consideres, usque ab initio quasi obtundetur acumen omnium difficultatum.

Harum difficultatum difficillima contineri videtur vocalium in syllaba reduplicativa varietate. Quare Grimmius in eadem

Historia L. G. reduplicationem refutaturus (id quod consulto, quum minus ad Grimmianam interpretationem defendendam quam ad offendendam reduplicationem pertineat, huic loco reservavimus) ad hanc eandem rem provocat haec dicens: „Reduplication steckt weder im goth. *dada* noch ahd. *tëta*, denn wie vermöchte *dada* in *dêdum* abzulauten, wäre das vordere *da* blosses praefix und unwurzelhaft?“ (p. 885). Haec autem ad revincendam reduplicationem minime suppeditant; nam (quod ne traditum quidem est illud *dada*, ut de hac re taceamus) formae *dêdum* vocalis *ê* num desonantia contineatur necesse est? Eandem *ê* aliis quoque modis inferius videbimus explicari posse.

Ceterum in favorem reduplicationis non minus appellare possumus Grimmium (DG. I. 1042, 1063), qui idem, Boppio teste (VG. pag. 871.), primam de ea mentionem fecit.

Ordinem in via nunc ingredienda hunc tenebimus:

1) Investigetur radix
2) Considerentur primum formae non reduplicativae, i. e. Praesens, quaeque cum eo cohaerent, et Part.^{um} Praet.^{i}
3) deinde forma reduplicativa, i. e. Praet.^{um}
4) tum formae suffixae.
5) Accedant denique breves quaedam annotationes gravissima paucis complectentes.

Refutata radice *did*, cognita Praet.^{i} reduplicatione, diversa tamen conjici possunt de forma radicis, diversaque sunt conjecta:

1) Sing.^{em} Praet.^{i} *dë-da, të-ta* si quis singulariter respiciat, nudamque radicem meminerit in reduplicativi Praet.^{i} germ.^{i} (quale in goth.^{o} sermone traditum est) I.^{a} et III.^{a} pers.^{a} Sg.^{is} Ind.^{i} solere apparere (exceptis, si vis, Grimmianae conjg.^{is} reduplicativo-desonantis paucis verbis, quorum Praet.^{a} vocalem *ô* habentia differunt ab illo *tëta*), is ad conjiciendam *da*, *ta* radicem facile possit induci. At — non solum negantur

a Boppio (VG. §. 109.b p. 122) indogermanicarum omnino linguarum radices in *ă* brevem desinentes, sed etiam sine auxilio comparativae scientiae linguarum ex ipso verbo falsitas radicis *da, ta* elucet. Unde enim vocalis (ut qualitatem praetermittamus) longitudo in reliquis formis? vel (quia contendi potest, productam esse radicis vocalem absorptis vocalibus flexivis, secundum Boppium vel ad classem pertinentibus vel colligativis) unde una cum reservatis vocalibus flexivis longa radicis vocalis, velut in formis theot.is *tôis, tôit,* fris.is *dûa, dûe, dûath?* unde vocalis longa in Imperat.i Sing.i *(tuo, dô)*, quippe qui ex nuda radice in conjg.e forti constare soleat? Praeterea adminiculorum hujus conjecturae vel maxime necessariorum — quanta infirmitas! Dubium est, num adsint omnino vocales quae cum radicis vocali confundantur (quidni *ta-m, ta-s, ta-t,* sicut *is-t?*), dubium, num semper absorbeantur (quidni ex. gr. *ta-is, ta-it; tais, tait; teis, teit?*). —

2) Longarum radicis vocalium explicationem faciliorem nanciscatur qui adfuisse statuat spirantis alicujus vim olim radicem terminantis, sed ubique aut excisae aut cum radicis terminationumque vocalibus confusae. Quae conjectura congruit non solum cum generali illa lege Grimmiana, quae omnes nominum verborumque radices germ.as in consonantem desinere contendit (DG. II. 2, cf. II. 699 annot. *), sed etiam cum iis, quae de ipsius verbi nostri radice affert Grimmius in Grammatica (II. 234) et in dissertatione academica (AA, p. 194). Hoc enim loco primitivum Infinitivum fuisse vult *dai-an* (i. e., secundum legem illam, *daj-an*), illo *dai-an* vel *dah-an*. Eademque conjectura cum linguis cognatis pari modo conciliari fortasse potest ac radices germ.ae *mat, scrit, vluz*, cet. cum sanscr.is *mâ, śri, plu,* radix *smil* cum *smi* (v. VG. §. 109b. pag. 122 sqq.). Ut enim haec litteram liquidam, illae dentale quoddam additamentum in linguis germ.is frequentissimum (cf. VG. pag. 132) ad radicem adjecerint, ita in hoc verbo spirantem accessisse, vocalisque longitudinem ut post additam consonantem corripuerit illud *mat* ex *mâ* ortum, ita corripuisse

verbi nostri radicem *dah, daj* ex *dâ* vel *d'â* natam dicere fortasse possumus. Sed siquidem spirantem aliquam adfuisse putandum est, ad explicandas verbi nostri formas aptissimum est putare non *h* litteram, non *j*, sed *w* adfuisse. Qua in vocalem transeunte, ex *daw, taw* oritur *dau, tau*, ex his *dô, tô*, ex *tô* denique *tuo*, quibus a formis facillime manat omnium Praes.^{is} formationum explanatio. Eadem autem *w* quum facile possit, ubi quae contractio efficienda est, excidi, a forma *dav-a-ths* (cujus terminationem *ath* defendit Grimmius in Gramm. II. 233. 234) non difficile est formam *da-aths, dêths*, a *ki-taw-an* formam *ki-tân* derivare; neque alio modo nisi spirantis diversis quasi fatis inter se differre apparet theot.^{um} Part.^{um} Pract.^{i} et ags.^{um}, manante forma *gedôn* ex *ge-daw-an, ge-dau-an, gedôan*, *kitân* ex *ki-taw-an, ki-ta-an* similiter atque ex latino *cantavit* in italico sermone forma *cantò*, in francogallico vetere forma *chantat*. Neque arduum est radicalem *da, ta* syllabam in Sing.^{i} Praet.^{i} interpretari. Quanquam enim spirantis vi oriri sane potuit goth.^{a} quaedam forma *didau*, suffixa *-dau* (cf. DG. I. 59. et 404) theot.^{a} *tëto* (formarum *garo, garaw-es* instar, cf. DG. I. 147. [6]), ags.^{a} *didav* (cf. DG. I. 248 sqq.), tamen eadem spirans non minus facile potuit in flexionis in I.^{a} et III.^{a} Sg.^{is} pers.^{a} interitus quasi societatem deduci *(didava, dida; tëtawa, tëta)*. Difficilior sane, neque tamen tam difficilis, ut fieri nequeat, explanatio est radicis in reliquis Praet.^{i} formis usque ad meram *d, t* litteram deminutae; derivari potest primum a *tataw-un*, excisa *w, tata-un (at* — quidni *ta-t'w-un?)*, tum a *tata-un*, absorpta radicis vocali, *tâtun*. Quod superest, quam difficultatem habent fris.^{um} *dûâ* similesque formae, eam magni aestimare nihilo magis licet. Nam quamquam illius *dû* a *dau* derivationem, de qua facile potest cogitari, consentiente Grimmio (DG. I. 97—98) et accedente fortasse neotheot.^{ae} *au* ex *û* ortae comparatione, dubiam reddit exemplorum „tactionis“ inter *û* et *au* valentis a Grimmio citatorum *(bauan, pûan;*

*trauan, trùwên)**) longe alia interpretatio Boppiana (VG. §. 76), tamen eadem difficultas communis est omnium explicandae radicis modorum neque deest sequenti, qui quam viam tentabit (illud *dû* ad corruptionem quandam antiquioris *dô* referentem), ea hoc loco non minus patet.

Jam vero minus faciliorem explicationem praebent *j* et *h* spirantes. Possunt sane Praet.^{i} formae eodem modo, quem tentavimus, explanari, vel, si vis, radix *dai* (goth.^{i} *saian saisô* instar) in Praet.^{o} in formam *dô* potuit transire, cujus formae vocalis *ô* partim correpta in *a* brevem transiisset, partim excisa evanuisset. Neque tamen ad ceterarum formarum *ô (uo)* vocalem ullam vim habere poterant *j* et *h* litterae, sed excisione tantum spirantis et confusione vocalis radicis earumque vocalium, quae inter radicem et consonantes flexivas intercedere solent (quas Boppius partim — in Praes.^{is} omnibus modis, v. §. 109^{a} ineuntem, cf. §. 109.^{a} 1. — esse vult classium signa, partim — cf. de Part.^{o} Praet.^{i} §. 834 — colligativas vocales, quas tamen, ubi non interest ut internoscantur, vocales flexivas breviter nominabimus), excisione tantum spirantis, inquam, et vocalium confusione produci potuit vocalis radicis; an credibilis est effecta aliqua sine vocalium flexivarum auxilio per absorptam spirantem *j* vel *h* productio? Sed, utcunque res se habet, opus est quasi ponte, quo inde a brevis *a* naturali longitudine *â* ad *ô* vocalem ducamur. Qui pons secundum Boppii sententiam et goth.^{am} *ô* (theot.^{am} *ô*, *uo*) et goth.^{am} *ê* (theot.^{am} *â*) productionem esse brevis *a* docentis (VG. §. 69) perfacile potest fieri, neque secundum Grimmium, qui nullam nisi *ê (â)* productionem brevis *a* agnoscit, fieri nequit. Huic enim vocalis ô contineri potest variatione quadam et corruptione antiquioris *â*, cujus in *ô* transitui pontem quasi continuum praebet sonus *ǎ*; cf. Grimmii „Deutsches

*) Quibus exemplis tertia Grammaticae editio (I^{3}. 101) praeter duo, quae mera conjectura nituntur, certius unum tantum (*sauls*, *sûl*) addit, quod unum ad firmandam derivandi *dû* a *dau* fidem videtur parum suppeditare.

Wörterbuch", litt. „A", quo loco mentio facta est frequentis vocalium A, O inter se transitus, maxime ags.ae *o* ex *a*, neotheot.ae *ô* ex *â*, suecicae danicaeque *å* ex *â* ortae. Sed formarum *tôis, dûa* et Imperat.i Sg.is difficultates jam supra monitae — quomodo explanandae? Necessaria iis est suspiciosa illa per absorptam spirantem productio vocalis!

Jam, quae dicta sunt, ea paucis complectamur. Fieri non posse verbi nostri explicationem antiquae spirantis ope (*w* potissimum litterae, nam suspiciosae videntur *j* et *h*) dicere minime possumus, sed — et demonstratione caret et necessitate illa spirans! Nam in conjectura tantum posita est, neque ullo loco reapse apparet. Et opus curnam est? Quidni simplicius ponamus radicem *dô, tô (tuo)*? Videbimus etiam sine conjectae illius spirantis auxilio explanari posse omnem difficultatem.

3) Radicem *dô* ponentes legem quidem illam Grimmianam desinentium in consonantem radicum germ.arum offendimus, sed hanc legem Grimmius non potuit nisi ita obtinere, ut et omnibus linguis cognatis repugnet et quum aliis locis, tum hic consonantes adfuisse contendat, maxime spirantes, quae evanuerint, quae demonstrari non possunt; idemque praeterea, ut jam dictum est, alio loco (DG. I. 1042) de verbi nostri eadem illa radice *dô* cogitavit. Defendit hanc radicem analogia cognatarum linguarum, sive cum Grimmio consentiens lat.um *dare*, sanscr. *dâ*, sive cum Boppio graecum τιθέναι, sanscr. *dʿâ* comparas. Quidni germ.ae quoque linguae possideant desinentes in vocalem radices? Quales, ubicunque opus est, iis attribuere minime dubitant Boppius et Graffius (cf. Graffii AS. I. pag. XXV. annot. *), qui iidem in comprobanda verbi nostri radice *dô* inter se concinunt (VG. §. 620 sqq., AS. V. 284, non discrepante a Boppio, ut extemplo videbimus, Graffiani *tâ* vocali *â*).

Atque secundum Boppianum illud dogma (VG. §. 69), quod jam supra memoravimus, cui plane consentit Graffius (cf. AS. I. 4—5 *[â]*, 45—47 *[ô]*, et de ipso verbo *tuon*

V. 284), lingua germ.ª graecae (VG. §. 4) congruenter duas habet vel, si goth.am *ê* a theoth.ª *â* secernas (sicut Boppius vult in §. 605), tres brevis ă longitudines: goth.am *ê*, theot.am saxonicamque *â*, et goth.am *ô*, theot.am *ô, uo*. Neque secundum Grimmii opinionem *â* vocalem (aequatamque cum ea goth.am *ê*) et *ô* (paremque ei theot.am *uo*) inter se conciliari nequire jam supra tentavimus ostendere. Poterat igitur sanscr.ª radix *dâ* vel *d'â* in germ.ª lingua formam vel *dê (dâ, tâ)* vel *dô (tô, tuo)* accipere, quin etiam Grimmianae conjg.is VIae instar *(grêt-an, gai-grôt*, cf. VG. §. 589) ambas formas unum idemque verbum complecti poterat. Praevalet autem forma *dô* (theot.ª *tuo [tô]*, sax.ª *dô [duo]*, ags.ª *dô*, bat.ª *doe* [cf. DG. I. 476. 481. vel I.³ 298.]); neque alio loco nisi in subst.º finitimo (goth.º *dêths*, theot.º *tât*) communis cunctis dialectis apparet altera *dê (dâ, tâ)*, quam ipso in verbo propemodum tres tantum linguae servaverunt (theot.ª, fris.ª, bat.ª) eaeque in Part.º tantum Praet.i, i. e. hisce in formis: in theot.ª *kitân* (DG. I. 885), fris.is *dên* (DG. I. 911, cf. de vocali DG. I. 272*) et I³. 410) et *dân* (Rf. 694, DG. I³. 409. 410), bat.ª *daen* (DG. I. 980, cf. de vocali DG. I. 477 vel I³. 281). Ejusdem enim vocalis quae in sax.ª dialecto et ags.ª vestigia exstant, paucissima sunt et rarissima; est sax.ª quaedam forma *gedân*, quam ex unius fontis duobus exemplis citat Schmellerus (Schm. pag. 25), et ags.ª *fordên*, quam Grimmius (DG. I³. 361) rarissimo cuidam ags.ae *ê* generi cum gothica frisiaque consentaneo adjudicat. Neque vero cum formae *dê (dâ, tâ)* vocali *ê* permiscere licet alteram quandam *ê*, quae invenitur in Praes. i ags.º et fris.º, in formis ags.is *dêst, dêdh* (DG. I. 909), in fris.ª *dêth* (Rf. 694, DG. I. 272 [è. 2]), quibus inesse apparet transsonantiam, quae (in ags.is formis ex *ô* orta) ex qua vocali in fris.ª manaverit, paulo inferius considerabimus. Accedit in

---

*) Quo loco errore sine dubio effectum est, ut hujus *dên* vocalis *ê* non primo frisiae *ê* generi, sed secundo attributa sit, dissentiente tertia editione (I³. 410 [Ê. 1]).

theot.ª dialecto et sax.ª et fris.ª tertia quaedam forma: *dû, tú.* Quae quomodo orta sit, nunc disserendum est.

Ac primum in theot.º verbo negari non posse vocalem *û* certissime elucebit ex tabula earum formarum, in quibus Graffio teste (AS. V. 284—326) invenitur Sg.is Imperat.i, quippe qui in conjugatione forti contineatur nuda radice*).

Sunt haece formae:

AS. V,.....	(1) *ô*	(2) *oa*	(3) *ua*	(4) *uo*	(5) *ue*	(6) *û*
289	*to*	. . . .	*tua*	*tuo*	*tue*	*tu*
			dua	*tuoz*		
			duaz	*duo*		
306	. . . .	*kitoa*	*gitua*	*getuo*	. . . .	. . . .
318	. . . .	. . . .	. . . .	*intuo*	. . . .	. . . .
				induo		
322—323	. . . .	. . . .	. . . .	*folle tuo*	. . . .	. . . .
324	. . . .	*zoatoa*	*zuatua*	. . . .	. . . .	. . . .
325	. . . .	. . . .	*zuakitua*	. . . .	. . . .	. . . .

Ex his sequitur, ut in sex minimum formis appareat vocalis radicis theot.ae Quarum quatuor priores *(ô, oa, ua, uo)* pares inter se formas unius goth.ae *ô* esse inter omnes constat (cf. Grimmii DG. I. 109. 111. vel I³. 113. 114. 116, Graffii AS. I. 47.). Nec minus illam *ue* Imperativus *tue* aliam haberi vetat atque ejusdem *ô* formam quintam, attenuatione formae *ua* vel *uo* effectam, qua cum re consentit Graffius (AS. I. 68. quo loco citata sunt plura alia exempla), neque dissentit Grimmius in Grammaticae secunda editione (I. 112.)

*) neque in universis linguae germ.ae finibus ullam flexionem obtinuerit; nam in debili conjugatione non terminatio, sed vocalis derivativa accedit, neque aliud quidquam opponi potest nisi goth.um *nas-ei, sôk-ei* (DG. I. 846), quarum tamen formarum *ei* secundum Boppii §.um 70. producta vocalis *i* esse potest; quodque a Grimmio (l. c.) memoratur goth.um *hiri*, hac de re cf. Boppii Grammatica, p. 123. —

non esse posse, sed inveniri tantum negans talem *ue,* in tertia (I³. 115.) plane agnitam. Pari modo illam *û* — qualem esse putare possumus nisi formam et ipsam parem illi *ô* vel potius illi *uo,* ut postea (in neotheot.ª dialecto) regulatim, ita passim jam tunc ex *uo* ortam? Consentit iterum Graffius, non solum illas *uo, ua, oa,* verum etiam *û* vicariam esse illius *ô* dicens (AS. I. 47), non repugnante Grimmio qui vocalium *ô* et *uo* permixtionem quandam agnoscit (DG. I. 98); neque deest exemplorum frequentior numerus, quorum plura collecta sunt apud Graffium (I. 53), ad quae addas adverbii *zuo* formam *zû* (AS. V. 576) et ipsius verbi *tuon* nonnullas alias formas, velut *missitut, missetut* (AS. V. 325) aliasque, de quibus statim loquemur. Jam vero (ut ab Imperativo ad Praesentis ceteras formas transeamus) — num analogam illi *ue* conjicere licet diphthongum quandam *oe* ortam ab attenuata *oa*? Deest Imperativus *toe*, quibusque in formis invenitur *oe*, eae vocalium *o* et *e* talem disjunctionem admittunt, ut pertineat *ô* ad radicem, *e* ad flexionem; neque agnoscit Graffius diphthongum *oe* (AS. I. 67), neque Grimmius (DG. I³. 113). Quare, quantumvis quasi illecebrosa sit analogia formae *ue*, tamen carentem omni demonstratione diphthongum *oe* conjicere non possumus. Pariter *oi*, quanquam vicaria solitae *uo* a Graffio (AS. I. 67) citatur, tamen, quum in iis tantum formis inveniatur, a quibus non abhorreat flexiva vocalis *i,* i. e. in Sing.ⁱ tantum Praes.ⁱˢ Ind.ⁱ (apparente ex gr. forma *tois,* neque usquam tali forma quales sunt *toimês, tointi, toin*), dividatur in radicalem vocalem ô et flexivam *i* necesse est. Idemque de forma *ui* dicendum est, quae a Graffio (AS. I. 68) in uno tantum vocabulo cum *uo* comparata, quum et ipsa in Sing.ⁱ tantum Praes.ⁱˢ appareat, nova praebet (ea, de quibus supra mentionem fecimus) radicis *tû* exempla.

His de causis omnes, quae a Graffio citantur, cohaerentes cum Praes.ⁱ formae secundum radicis vocales in haec genera possunt dividi.

1) Vocalis radicis est *ô**) { vel sine voc.bus flex.is / vel cum voc.bus flex.is (*ôe, ôi*)

2) „ „ „ *oa* (semper sine vob.bus flex.is)

3) „ „ „ *ua* (semper sine voc.bus flex.is)

4) „ „ „ *uo***) { vel sine voc.bus flex.is / vel cum voc.bus flex.is (*uoa, uoi*)

5) „ „ „ *ue****) (semper sine voc.bus flex.is)

6) „ „ „ *û* { vel sine voc.bus flex.is / vel cum voc.bus flex.is (*ûi*)

Huc accedunt in Conjunctivo

7) paragogicae quaedam formae, velut *tuo-i-e, tuo-g-en, tô-i-ent,* quarum *i* vel *g* (i. e. *j*) inter Conjct.i signum (VG. §. 672 sqq.) et radicem interposita comparanda videtur cum II.ae et III.ae conjg.um deb.ium formis *-oie, -eie, -ôhe, -ôge* pro *-ôe, -eie* pro *-êe* (DG. I. 875. 879), cum ags.is formis *ferige, ferigeadh* pro *ferje, ferjadh* (DG. I. 903), cum sax.is *-oian, -ogean* pro *-ôn* (Schm. 182) positis.

Annotandum est hanc tabulam plane certam esse non posse, sed dubium esse, nonne inter formas, quae habeant *oa, ua, ue,* alterae ad diphthongum radicalem, alterae ad conjunctam cum voc.i flex.a radicalem *ô, û* pertineant. Sed quum distingui alterae ab alteris nequeant, fieri non potest quin diphthongis cunctae attribuantur.

Jam vero, ut in theot.a dialecto facile certoque potest *û* ab *uo* derivari, ita in frisia nullo modo potest, quae diphthongorum inopissima (cf. DG. I3. 415) quum theot.is *uo, ua, ue* plane careat, formas *dûe, dûath, dûa* (DG. I. 911) neque continere credi diphthongos *ue, ua* neque ab antiquioribus *duo-e, duo-a* derivari sinit. Certum igitur est, aliam esse

---

*) semel, praeter regulam (cf. AS. I. 57, DG. I3. 104), *ao* (*missetaoant,* AS. V. 326); an hanc ita emendari licet, ut *uo* pro *ao* ponatur?

**) in quibusdam fontibus scripta *ûo,* sed in talibus, qui iidem *îa, îo,* similia pro *ia, io* scribant.

***) scripta *ûe* in iisdem fontibus, qui habent *ûo.*

frisiae *û* originem atque theot.ae ; qualisnam autem sit, dubium. Patere videtur nulla alia via nisi talis, quae directe derivet vocalem *ù* ab *ô*, cujus *ô* reliquias quasdam inesse illi *dêth,* quod jam memoravimus , putare fortasse licet. Quanquam enim Grimmius in III.a Grammaticae editione (p. 411) frisiam *ê* ex transsonantia manare vult non solum ô vocalis (assentiente II.a editione, I. 272. [*ê.* 2]) verum etiam (id quod ignorat editio II.a, I. 272—273. [*ê.* 1—5]) vocalis *û*, quin aliam ullam, nisi *ê*, vocalis *û* transsonantiam (velut conjectam in II.a editione [I. 273. *î*, 3] *î*) non agnoscit (v. I.3 412—413. [*î*]), tamen ags.arum formarum *dêst*, *dêdh* analogia ortam non ab *ù,* sed ab *ô* vocalem *ê* defendit, ad quod accedit, ut paucissima sint, quae a Grimmio citentur, *ê* ex *û* ortae exempla, et vocalis *ô* in *ê* transsonantiam magis consentaneam esse appareat et naturae sonorum et analogiae finitimarum dialectorum, quam vocalis *ù*, cujus transsonantiam potius *î* esse quam *ê* crederes. *û* autem ex ô natae quaenam ratio esse poterat? Quibus in formis apparet illa *ù*, earum hoc commune est omnium, quod non tangentem consonantes flex.as, sed cum iis vocalibus , quas breviter flexivas nominamus, conjunctam habent *û*. Cum hac re — num forte cohaeret explicatio? *ûa, ûe* num forte suaviores vocalium conjunctiones erant quam, quae antecessisse videntur, *ôa* et *ôe*? Quanquam de consuetudine diphthongorum in frisio sermone cogitari non potest, tamen, ubi accidebat concursus vocalium, nonne subtiliore quodam sentimento harmoniae sonorum praedita esse poterat auris populi, quo minus diphthongis constantibus et consuetis quasi anticipata erat, eo subtiliore fortasse?

Formas sax.as (ut ad eas transeamus) *duan*, *giduan*, aliasque, quas videas apud Schmellerum (p. 25), constare videtur non diphthongum *ua* sed radicalem vocalem *û*, flexivam *a* continere; nam sax.a dialectus quanquam habet diphthongum *uo,* tamen caret *ua* diphthongo (teste Grimmio [DG. I. 208], non repugnante III.a Grammaticae editione [p. 246], assentiente Graffio [AS. V. 284]). Quare illas formas esse *dû-an*, *gidû-an*

et Grimmius vult (DG. I. 1042) et Graffius (l. c.). Accedit, quod *ua*, ubicunque (Schmellero teste) invenitur, a flexiva vocali *a* minime abhorret, apparente ex. gr. Ind.i Plur.i *duan, duad*, Conjc.o *dua* (cf. DG. I. 888), Imperat.i Plur.i *duad*, neque usquam Ind.i Sing.i *duam, duas, duat*, neque Imperat.i Sing.i *dua*. Neque aliter se habent eae formae a Schmellero citatae, in quibus invenitur *oe* vel *oa*, quibus et ipsis non diphthongi, sed disjunctae radicis et flexionis vocales attribuendae sunt. Sed illa *û* unde manaverit, dubium videtur; nam pariter theot.us ille atque frisius explicandi modus adhiberi potest. Sax.a enim dialectus quum theot.ae convenienter diphthongum *uo* possideat, frisiae instar vocalem *u* ubique conjunctam cum flex.is voc.bus ostendat, formam *dûan* similesque tum ab antiquiore quodam *duo-an* derivari sinit (adjuvante fortasse vocalium abundantia, quam theot.a dialectus quamquam nonnusquam servavit, tamen in paucissimis tantum rarissimisque exemplis servavit), tum a forma, quae reapse exstat, *dôan*.

Sed nondum exhausta est formarum, quas radix verbi nostri accepit, varietas. Praet.i enim Ind.i Sg.is I.a et III.a persona habet formam *da, ta*, in ags.a dialecto et fr.a et bat.a attenuatam *de*, in theot.a semel attenuatam *ti* (Graffio teste, AS. V. 325 *[zuogiteti sih, adhaesit]* in codice saeculi [AS. I. XLIX] undecimi). Cujus formae vocalis *a* explicari facile potest correptione longae *ô* (cf. VG. §. 69), quam Praet.i quoque vocalem radicalem fuisse ags.um *dë-dô-s* (de cujus flexione inferius loquemur) videtur ostendere, quaeque ut corriperetur, effecisse apparet finem vocabuli. Analogiam praebet perfectissimam zendicum *dadha* (ortum ex *dadhâa, dadhâ*), cui cum sax.o *dëda* accuratissime congruenti aliquantum ponderis affert Boppius (VG. §. 639); paremque correptionem, modo ex alia ratione (VG. §. 481) natam, prae se ferunt graeca *τί-θε-μεν*, *ἵ-στα-μεν*, *δί-δο-μεν*. De longa *â*, goth.a *ô*, in fine vocabulorum plures syllabas habentium correpta cf. Boppii Gramm. §. 639 et, quae ibi citatur, §. 137 una cum §. 118, quibus

locis de femininorum in *â*, goth.am *ô*, desinentium analoga correptione in linguis goth.a, zendica, aliis disseritur, et §. 69, quae sanscr.ae *â* in fine formarum, quae plurium syllabarum sunt, correptionem tanquam regulam linguae gothicae (quae omnium germ.arum quasi vicaria Boppio esse solet) tractat. Eademque *a* quum radicalis non jam sentiretur, accentu in priore syllaba insidente, minime mirandum est quod aliarum vocalium finalium instar in attenuatam *e* potuit transire. Sed deminutionem radicis etiam majorem, tantamque ut supersit nihil nisi mera *d*, *t* littera, ceterae Praet.i formae (exceptis sax.o *dëdôs*, ags.o *didest*) ostendunt. Neque vero deest analogia. Paria enim comparando secundum Boppium sanscr.o verbo *dâ* in Perfecto et in aliis formis (VG. §. 621), paria comparando secundum Grimmium *dâ* (VG. §. 481) acciderunt, paria de graeco φέρομαι Boppius (VG. pag. 123) conjicit. Quamnam autem esse causam hujus rei putemus? Boppius sanscr.as hujusmodi deminutiones vi contineri vult „ponderis terminationum personalium“ (VG. §. 480 sqq.), in Perfecto amplitudinis quoque vocabuli onerisque syllabae reduplicativae (cf. §§ 605, 606, 610); in goth.is *dêdum*, *dêdjau* causam significat verbi cum aliis verbis compositionem quasi onerantem (VG. §. 621. pag. 869). Sed haec ratio ad sola suffixa spectat. Quaenam autem causa est, quae simplicium formarum parem deminutionem effecerit? Esse videtur hujus verbi tum frequentissimus usus, tum syllabae reduplicativae pondus, quae accentu praedita effecit, ut evanesceret conscientia verae radicis, tum terminationum personalium ambitusque vocabuli illa vis, quam in germ.o quoque Praet.o demonstrare studuit Boppius (VG. §. 489 sqq. et §. 604 sqq.); ad quae omnia accessit hiatus concursu effectus radicalis vocalis et flexivae (i. e. in Ind.o colligativae, in Conjc.o [VG. §. 675] ad modum pertinentis), qua in re flexivae vocalis victoriam adjuvisse iterum accentus videtur. Primarium enim accentum quum haberet syllaba reduplicativa, secundarium flexivae syllabae attribuit veramque radicem accentu privavit

consuetudo vicissitudinis arsis et thesis (*dádôùn*). Syncopes sine vocalium concursu unum exemplum praebet goth.um *dêd-jau*, quocum cf. sanscr.um *da-d'-yâm* (VG. §. 621).

Sunt igitur (ut omnia breviter complectamur) quinque potissimum hujus radicis formae inter singulas dialectos, si suffixa goth.a et scand.a et subst.um finitimum addiderimus, sic distributae:

	Goth.	Theot.	Sax.	Ags.	Fris.	Scand.	Bat.
1)	*dê*	*tâ*	*dâ*	*dae* [*dê*, v. *fordên* p. 23]	*dê, dâ*	*dâ*	*dae*
2)	. . . .	*tô, toa* / *tua, tuo, tue*	*dô, duo*	*dô*	. . . .	. . . .	*doe*
cum transsonantia	. . . .	. . . .	. . . .	*dê*	*dê (?)*	. . . .	. . . .
3)	. . . .	*tû*	*dû*	. . . .	*dû*	. . . .	. . . .
4)	*da*	*ta*	*da*	*de*	*de*	*da, dha*	*de*
5)	*d*	*t*	*d*	*d*	*d*	*d, dh*	*d*

Ad hanc tabulam merito adjectas esse formas scand.as *d, dh*, goth.am *da*, scand.as *da, dha* ex suffixorum tractatione inferiori loco destinata elucebit.

Reliquum est, ut de linguarum cognatarum comparanda radice breviter disseramus. Qua de re differre inter se Grimmii et Boppii opiniones jam pluribus locis memoravimus. Atque Grimmius (GDS. 881—882) quae ad defendendam sententiam suam affert, ea in hoc versantur, quod verborum *tuon* et *dare* inter se conciliari possunt et formae et significationes. Sed etsi possunt, tamen in ipso eo difficultas quaedam insidet, quod opus est extraordinaria conciliatione (in formis exceptione quadam in promotionem sonorum cadente, in significatione quodam notionum dandi et faciendi inter se transitu); quamque magno pondere esse apud Grimmium jam supra vidimus, lituanica forma *dûmi* casu tantum accidit ut theot.o *tuon* sit similis, nam etiamsi easdem esse radices constaret, tamen inter se differrent formationes (*tuo-m*, *dû-d'-mi* [VG. §. 481]). Grimmiana igitur argumentatio quamvis minime pos-

sit esse per se non posse dici, tamen, quae extraordinariis ejusmodi subsidiis plane non egeat, Boppianam Graffianamque sanscr.^{i} *dʿâ*, graeci *ΘΗ* (*τί-θη-μι*), latini *-do* in verbis *perdo, pessundo*, aliis (VG. §. 632) comparationem apparet antefe-rendam esse. Verbum enim sanscr.^{um} et zendicum *dʿâ*, *dhâ* cum ponendi notione notionem faciendi conjungit (cf. VG. pag. 765 et prooem. quartae „Abtheilung“ pag. VII.), nec minus graecum *τίθημι* in talibus locutionibus, qualis est *εὐδαίμονα τιθέναι* (*felicem reddere*), eandem atque theot.^{um} *tuon* signifi-cationem habet. Atque ut notiones, ita formae inter se con-gruunt, legem illam promotionis sonorum accuratissime se-quentes (*dʿâ*, *θη*; *dô*; *tuo*). Nihilominus vero esse potest, ut (id quod Grimmius defendit in Hist. Ling. Germ. p. 881) antecesserit sonorum promotioni origo conjugationis debilis, liberaeque a promotione fuerint eae formae, quae quasi fun-damenta jecerint suffixorum. Quae si ita sunt, non solum in goth.^{orum} Praet.^{orum} *kuntha*, *muntha* (DG. I. 852, VG. §. 625) littera *th* reliquias inesse primitivi status, formamque *kunthê-dum* ex transpositione formae *kundêthum* (qua de re cf. VG. §. 104) natam esse putandum est, verum etiam scand.^{am} illam *dh*, quam esse primariam formam vult Raskius (v. DG. I. 1041), Grimmio primum assentiente (DG. I. 920), tum dubitante (DG. I. 1041), tum iterum assentiente (DG. II. 224 et 260. e) pri-scam auctoritatem, priscum quasi jus habere negari non potest. Quanquam eadem *dh* quatenus in tradito linguae statu perti-neat, dubium manet dubitationis causa, in qua scand.^{arum} *dh* et *d* mutui fines versantur (Grimmio teste, DG. II. 225—226). Sed si *th* est suffixorum quasi fundamentum, ab ea quomodo derivari possint ceterae suffixorum formae, interrogandum est. Euphonicae manifesto originis est formae *mahta* similiumque littera *t*, formarum goth.^{ae} *vissa* et theot.^{ae} *muosa* littera *s* (cf. VG. §. 625 et §§. 91, 102); nec minus effectum esse eupho-nica vi videtur, ut supersit goth.^{i} illius *kuntha* littera *th* (cf. VG. §. 91, quo loco in goth.^{o} sermone liquidas subsequenti *th* favere defenditur). Sed magis dubia litterae *d* interpre-

tatio, quae quum in formis *skulda*, *vilda*, tum in regularibus tribus conjugationibus debilibus invenitur. Ejus origo num eidem illi ἐνέργεια ascribi potest? At quum vocales tum liquidas sequi potest non solum *d* littera, verum etiam *th* (v. VG. §. 91. et adde, quarum Grimmius [DG. II. 224.] mentionem facit, formas goth.as *thiutha*, *thiutheigs*). Admittitne faciliorem explicationem Grimmii opinio, qui litterarum *th* et *d* frequentissimam inter se quasi fluctuationem contineri vult „submissione“ quadam sonorum („Lautsenkung“) regulari linguae progressioni tanquam praecurrente (DG. II. 224 sqq.)? At praecursum linguae progressioni hoc loco minime est, sed rectissime respondet littera *d* legi promotionis sonorum. Veri igitur simillimum videtur, promotionem sonorum, etiamsi origine Praet.i deb.is recentior sit, tamen ad suffixa non habuisse nihil momenti, sed ejus ipsius vi effectum esse, ut goth.a *th* (exceptis duabus illis euphonice quasi munitis formis) se converterit in *d*, goth.a *d* in theot.am *t*, in theot.am denique *d* conservata illa goth.a *th* (cf. goth.um *kuntha, muntha* et theot.um *konda, onda, pikonda* [DG. I. 883]). Qua cum re Boppius (VG. §. 626) ita quidem consentit, ut in Praet.o deb.i a *d* littera „legitime“ (i. e. legi convenienter promotionis sonorum) fieri dicat initium verbi auxiliarii.

Jam finita radicis disquisitione, ordinem propositum sequentes ad formas non reduplicativas transeamus, quas Praet.o praemittimus propterea quod minus difficultatis habent arctiusque se applicant ad praecedentem radicis tractationem.

Ac primum formarum singularum tabulas, quantum Grimmio, Boppio, Graffio, aliis testibus fieri potest, conficiamus.

1) Theotiscae (quales inveniuntur apud Graffium [AS. V. 284—326], non ita quidem collectae, ut omnia, quae apud Graffium sunt, exempla, sed ita, ut uniuscujusque generis unum duove quasi cunctorum vicaria citentur) hae sunt.

		Formae paragogicae	*tû* sine voc. fl.	*tû* cum voc. fl.
	sine voc.			
1) Infin.	*duruhton* . . . . . „*gitôn*“ 3	. . . . .	. . . . .	. . . . .
2) Ind. sg. I.	*tom* 285	. . . . .	. . . . .	. . . . .
II.	*toos* 285	. . . . .	. . . . .	*tuis* } 285 *duis* }
III.	*tôt* 286	. . . . .	*missitut* } 325 *missetut* }	*uftuit* 315 *duit* 286
pl. I.	. . . .	. . . . . [*tuogen*? 287]	. . . . .	. . . . .

**) apud Schmellerum sub „Imperativo“.

Forma *dô* | Forma *dû*

	tô sine voc. fl.	*tô* cum voc. fl.	*tou* (sine voc. fl.)	*tua* (sine voc. fl.)	*tuo* sine voc. fl.	*tuo* cum voc. fl.	*tue* (sine voc. fl.)	Formae paragogicae	*tû* sine voc. fl.	*tû* cum voc. fl.
1) Infin.	*durnhton* 323 *„gitŏu“* 305	*zotoen* 324	*toan* 285	*tuan*, *duan* 285	*tuon*, *duon* 285 *„uissetûon“* 325	*tuoanne* 285 *gatuoanne* 305	*tuenne* 285 *„getûen“* 305	. . . . .	. . . . .	. . . . .
2) Ind. sg. I.	*tom* 285	. . . . .	*toam* 285	*tuam*, *duan* 285	*tuon*, *duon* 285	. . . . .	*tuen* 285	. . . . .	. . . . .	. . . . .
II.	*toos* 285	*tois* 285	*toas* 285	*tuas*, *duas* 285	*tuos* 285 *duost* 286	. . . . .	*guest* 285 *duest* 286	. . . . .	. . . . .	*tuis*, *duis* 285
III.	*tôt* 286	*toit*, *toet* 286	*toat* 286	*tuat*, *duat* 286	*tunt*, *duot* 286	*tuoit* 286	*getuet* 305	. . . . .	*uissitut*, *missetut* 325	*uftuit* 345 *duit* 286
pl. I.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuomes* 286	. . . . .	*duemes thuua* 323 *tuen* (?), *duen* 286	[*tuogen*? 287]	. . . . .	. . . . .
II.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuot*, *duot* 286	. . . . .	*giduet* 306	. . . . .	. . . . .	. . . . .
III.	*tônt* 286	*uissituoant* (326)?	*toant* 286	*tuant* 286 *giduant* 306	*tuont*, *duont* 286	*anatuanat* 315	*duent* 286	. . . . .	. . . . .	. . . . .
3) Conj. sg. I.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuo* 287 *tuoe* 286		*tue*, *due* 287	*undertuoie* 319	. . . . .	. . . . .
II.	*zontos* 324	. . . . .	*zuatnus* 324	*gitnas* (?) 306	*zuogituos* 324 *zuogituoes* 324 *tuoest* 287		*tues* 287	*tuoiest* 287	. . . . .	. . . . .
III.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*untartua* 319	*tuo*, *duo* 287 *tuoe* 287		*tue*, *due* 287	*tuoie* 287 *anagituoge* 316	. . . . .	. . . . .
pl. I.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuomes* 287	*tuomes* 287 *duoemes* 287		*duemes* 287	*tuoien*, *tuogen* (?) 287	. . . . .	. . . . .
II.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuot* (?) 287	. . . . .	*tueet* (287) = *tue-e-t*?	*tuoient*, *toient* 287		*tueet* (287) = *tû-ê-t*?
III.	*tou* 287 *gaton* 306	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuon* 287 *tuoen* 287		*tuen* 287 *„getûen“* 306 *induen* 317	*tuoien* 287 *untertuogen* 319	. . . . .	. . . . .
4) Imp. sg.	*to* 289	. . . . .	*kiton* 306	*tun*, *dua* 289	*tuo*, *duo* 289	. . . . .	*tue* 289	. . . . .	*tu* 289	. . . . .
pl.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuat* 289	*tuot* 289 *induot* 318	. . . . .	*duet* 289	. . . . .	. . . . .	. . . . .
5) Part. Praes.	*tuntes* 290	*toenti* 289	*toanti* 289	*tuanti* 289	*tuouti* 289 *duontan* 290	. . . . .	*tuenteno* 290	. . . . .	. . . . .	. . . . .

His ex formis quae a Grimmio (DG. I. 885) citantur, haecce sunt:

1) Infin.	*tôn*	. . . . .	. . . . .	*tuan*, *duan*	*tuou*, *duon*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
2) Ind. sg. I.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuom*, *tuon*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
II.	. . . . .	*tôis*	. . . . .	*duas*	*tuos*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	„*duis*“
III.	. . . . .	*tôit*	. . . . .	*duat*	*tuot*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	„*duit*“
pl. I.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuomès*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
II.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuot*	. . . . .	*duet*	. . . . .	. . . . .	. . . . .
III.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuont*	. . . . .	*duent*	. . . . .	. . . . .	. . . . .
3) Conj. sg. I.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuoe*		. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
II.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuoès*		. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
III.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuoe*		. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
pl. I., cet.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tunèmès*, cet.		. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
4) Imp. sg.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuo*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .
pl.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuot*	. . . . .	*duet*	. . . . .	. . . . .	. . . . .
5) Part. Praes.	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	*tuontèr*	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .	. . . . .

Graffium sunt, exempla, sed ita, ut [illegible]
unum duove quasi cunctorum vicaria citentur) hae sunt.

Omisimus Part.um Praet.i, cujus formarum alias quasdam separatas tabulas postea conscribemus.

2) Transeamus ad saxonicas eas formas, quae theot.is supra citatis respondent. V. Schm. p. 25; cf. de terminationibus personalibus DG. I. 887, de Conjunctivi terminationum vocali *a* DG. I. 888.

	Forma *dô*				Forma *dû*
	dô sine v. seq.	cum v. seq.	*duo* semp. s.v. sq.	Formae paragogic.	semper cum voc.i sequenti.
1) Infin.	*dôn*	*doan, doen*	*duoñ*	. . . .	*duan*
2) Ind. sg. I.	*dôm, dôn*	. . . .	*duom, duon*	. . . .	. . . . .
II.	*dôs*	. . . .	*duos*	. . . .	. . . . .
III.	*dôd, dôt*	*doit*	*duod, düot*	. . . .	. . . . .
pl. I.	. . . .	*doan*	*düot*	. . . .	*düan, düät*
II.	*dod, dot*	. . . .	*duod, düot*	. . . .	*duad, duat*
III.	*dod, dot*	. . . .	*duod, duot*	. . . .	*duad, duat*
3) Conj. sg. III.	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	*dua, duae* *)
pl. I.**)	. . . .	. . . .	. . . .	*duoian*	*duan*
II.	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	*düan*
III.	. . . .	*doen*	*düon*	. . . .	*duan*
4) Imp. sg.	*dô*	. . . .	*düo*	. . . .	. . . . .
pl.	*dot*	. . . .	*duot*	. . . .	*duad, duat*

5) Part.i Praes.is nulla mentio facta est.

His ex formis Grimmius (DG. I. 894) hasce tantum enumerat:

	dô		*duo*	Formae	*dû*
	sine v. seq.	cum v. seq.	semp. s.v. sq.	paragogic.	semper cum v. s.
1) Infin.	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	*duan*
					I. 1042 „*dûan*“
2) Ind. sg. I.	*dôn, dôm*	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
II.	*dôs*	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
III.	*dôd, dôt*	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
pl.	*dôd*	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

*) Terminatio *ae* num pro *e* posita est?

**) apud Schmellerum sub „Imperativo“.

3) Ags.ae formae apud Grimmium (DG. I. 909), Bouterwekium (Bw. p. 46 et p. 96), Raskium (R. §. 212) inveniuntur haece, quarum de terminationibus personalibus cf. DG. I. 895:

	Forma *dô*	
	dô sine vocali sequenti	*dô* cum transsonantia
1) Infin.	*dôn* (DG, Bw, R)	. . . . .
2) Ind. sg. I.	*dô* (DG, R), *gedô* (Bw)	. . . . .
II.	. . . . .	*dêst* (DG)
III.	. . . . .	*dêdh* (DG, Bw, R)
pl. I—III.	*dôdh* (DG.)	. . . . .
I.	*dôdh* („*dódh*“, R.)	. . . . .
III.	*dôdh*, *dôn* (Bw.)	. . . . .
3) Conjc.	nusquam mentio fit.	
4) Imp. sg.	*dô* („*dó*“, R.), *gedô* (Bw.)	. . . . .
pl.	*dódh* (Bw.)	. . . . .
5) Part. Praes.	nulla mentio.	

4) Formae frisiae, quarum de terminationibus personalibus cf. DG. I. 910, secundum Richthofenium (Rf. p. 694) et Grimmium (DG. I. 911 et I. 272 [ê, 2]) hae sunt:

	Forma *dô*?	Forma *dû*
	dê ex transsonantia formae *dô* ortum?	*dû*, semper cum voc. sequenti
1) Infin.	. . . . .	*dûa* (DG. I. 911, 1042) *dua*, *duan* (Rf.) NB. In quibusdam fontibus mire scriptum est: *duaen*, *dwaen* (v. locos apud Richthofenium citatos)
2) Ind. sg. I.	. . . . .	*dûe* (DG.), *due* (Rf.)
III.	*dêth* (DG. I. 272), *deth*, *det* (Rf.)	. . . . .
pl. I—III.	. . . . .	*dûath* (DG.), *duath*, *duat* (Rf.)
3) Conj. sg. I.	. . . . .	*due* (Rf.)
III.	. . . . .	*urdue* (Rf., p. 1111, „*urdua*“)
4) Imp. pl.	. . . . .	*duat* (Rf.)
5) Part. Praes.	. . . . .	„Ger.: *to duande*“ Rf. (et in locis apud Richthofenium citatis „*dwande*“)

5) Ex formis b a t.[is], quarum de terminationibus personalibus cf. DG. I. 970, quarumque de vocali *oe* v. DG. I. 481; I[3]. 298, apud Grimmium (DG. I. 980) hae tantum enumeratae sunt:

	Forma *dô* *doe*, semper sine vocali sequenti.
1) Infin.	*doen*
2) Ind. sg. I.	*doe*
II.	*does*
III.	*doet*
pl. I.	*doen*

Ceterarum formarum nulla mentio.

Restat, ut addamus formas Part.[i] Praet.[i]

	(I.) Forma *dâ,dê* (semper sine voc. flex.)	(II.) Forma *dô* sine voc. fl.	(II.) Forma *dô* cum voc. fl. (semel in sax. dial.)	(III.) Forma *dû* (semper cum voc. flex.)
1) Theotisce. (AS. V. 305–326; DG. I. 885.)	*kitân* *)	. . . . .	. . . . .	. . . . .
2) Saxonice. (Schm. p. 25; DG. I. 894.)	[*gedanâ* Schm.]	[*gidon, andôn,* Schm.]	[*gidoen,* Schm.]	*gidûân* (DG. I. 894, 1042.) *giduân* (Schm.)
3) Ags.[e] (Bw. p. 96; DG. I. 909 et I[3]. 361. [annot. 1]; R. §. 212.)	[*fordên* DG. I[3]. 361]	*gedôn* (Bw, DG, R) [„*bîdh gedonne*“ in loco apud Bout. citato].	. . . . .	. . . . .
4) Frisie. (Rf. p. 694; DG. I. 911 et I[3]. 409, 410.)	*dên, edên* (DG. I. 911 et I[3]. 410) *dân* (DG. I[3] 409) *den* [*misdeen* Rf. 930] *eden, iden, ieden, geden, giden dan, gedan* (Rf.)	. . . . .	. . . . .	. . . . .
5) Batave. (DG. I. 980; cf. de bat.[a] *ae* I. 477, I[3]. 281.)	*daen*	. . . . .	. . . . .	. . . . .

*) Vocalis in fontibus scripta est vel *a*, vel *aa*, vel *â*; nusquam ulla alia vocalis invenitur.

His omnibus in formis deminuta aut mutilata nusquam apparet radix, neque adfuit earum brevitati talis occasio corripiendi aut excidendi, qualem graeco Praesenti et sanscr.° (VG. §. 481) praebuit reduplicatio. Sed ut integra mansit quantitas vocalis radicalis, ita qualitatem fluctuasse vidimus in Praes.ⁱ inter *ô* et *û*, in Part.° Praet.ⁱ inter *â*, *ô*, *û*, quae varietates quomodo inter se conciliandae sint, jam supra disseruimus. Restat; ut quomodo se habeant vocales flexivae (vel ad classem pertinentes vel colligativae), breviter examinemus. Colligativis quidem non eguisse manifestum est verbi *tuon* desinentem in vocalem radicem, neque magis eguisse non minus certum est classis vocali verbum *tuon* quam radicem, quae ipsi respondeat, sanscr.ᵃᵐ et graecam, nec magis quam sanscr.ᵃʳᵘᵐ classium II.ᵃᵉ, III.ᵃᵉ, VIIᵃᵉ omnes radices desinentes non solum in vocalem sed etiam in consonantem, nec magis denique quam graeca omnia verba in *-μι* desinentia (VG. §. 109.ª 3). Sed germ.ª verba a directe adjungendis ad radicem terminationibus maximam partem defecerunt ad primam classem sanscr.ᵃᵐ (VG. §. 109.ª 1) transgressa, neque plus unum conservati prioris modi exemplum, goth.ᵘᵐ et theot.ᵘᵐ *is-t*, apud Boppium (l. c.) invenitur citatum. Attamen quid obstat quominus easdem antiquitatis reliquias verbo *tuon* attribuamus, ejusque Praesens ad illud *is-t* tanquam alterum exemplum addamus? Imo, quid auctoritatem nobis facere possit antecessisse formis *dô-m*, *tuo-m* antiquiores quasdam *dô-u-m*, *tuo-u-m* defendendi? Formae quaedam cum classis vocali conjunctae quod revera inveniuntur, — hac ex re nullo modo sequitur, ut vocalis a principio propria fuerit omnium; docet potius linguarum scientia comparativa antiquiorem esse hujus vocalis absentiam et posteriore aetate in germ.ª lingua increbruisse vocalem. Atque ut classis vocalem Praesenti, ita Part.° Praet.ⁱ a principio defuisse vocalem colligativam (VG. §. 834) putandum est, consentiente Boppio, quippe qui (VG. pp. 871. 872) scribat „*gi-tâ-nêr*“ comparetque huic formae sanscr.ᵒʳᵘᵐ Participiorum *mlâ-na*, *dâ-na* formationem, de qua cf. §. 833.

Absentis igitur vocalis ad obscuras eas reliquias, quarum mentionem facit Boppius in §° 834, ex veris et adhuc quasi vivis Participiis unum exemplum et fortasse alterum accedit: verbi nostri Part.um *kitân*, verbi substantivi *gesîn*.

Neque vero rapido quasi flumini, quod cuncta, quae ad II.am, III.am, VII.am classes sanscr.as principio pertinuerunt, verba germ.a, cuncta Praet.i Part.a fortia rapuit, in omnibus linguis, in omnibus formis prorsus resistere potuit verbum *tuon*. Invasit vocalis non solum in omnes illas formas sax.as et fr.as, quae habent radicem *dû*, aliasque in formas theot.as et sax.as, sed etiam adfuerit necesse est in iis formis, quibus non jam ipsa, sed effecta a se transsonantia inest. Comparatis inter se singulis dialectis, frequentissima apparet in fr.° sermone, omnino deesse bat.° tantum videtur, in ags.° nullo alio loco nisi in transsonantia invenitur. Jam vero peculiariter se habet Conjunctivus, quippe cujus terminationibus *-e*, *-ês*, *-e*, cet. insit signum Conjunctivi (cf. VG. §. 672 sqq.), confusum fortasse (analogiae congruenter aliarum formarum fortium, veluti goth.ae *bair-ai-s*, theot.ae *skeid-ê-s*, de quibus cf. VG. §. 694) cum classis vocali, nequaquam vero mera classis vocalis. Atque hanc quidem differentiam significaturi in tabulis supra conscriptis quum theot.as formas *tuoe, tuoês,* cet. ita posuimus, ut utrique generi, et participi et experti voc.is flex.ae, attribui possint, tum sax.as et fr.as Conjc.i formas ab Indicativi, Infinitivi, ceteris formis segregare non omisimus nisi ita, ut nomine quidem „flexivarum“ vocalium abstinuerimus, de „sequentibus“ tantum vocalibus loquentes. Quanquam priori nomini commoditatis tantum et brevitatis causa accepto potuimus (id quod in tractanda radice, ubi de frisia forma *dû* et sax.a dissertum est, revera fecimus) Conjunctivi quoque vocales subjicere.

Addamus pauca de ipsa vera flexione, cui et ipsi non desunt antiquitatis reliquiae. Tales enim exstant in I.ae Sing.is personae theot.a illa et sax.a terminatione *-m*, cujus in forti conjg.e rarissima sunt exempla velut theot.a *pim*, *gâm, stâm,*

sax.um *bium*. Goth.um quoque Praesens, si superesset, analogam formae *im* formam *dôm* probabiliter haberet.

Nunc vero ad difficillimam hujus verbi formam, ad Praeteritum transeamus. Cujus tabulas, additis, quia integra exstant, Pluralis et Conjunctivi suffixis goth.is, iisdem, quibus supra usi sumus, testibus conficiemus. Perfecta autem omnium formarum enumeratio his testibus fieri iterum nequit. Ac maxime dubius frisii Praet.i tum Pluralis, tum Conjunctivus, quos a Grimmio (DG, I. 911) plane omissos Richthofenius signis quantitatis omnino abstinens parum illustravit. In ceteris linguis quae desunt facilius possunt addi.

1) Formae gothicae, omisso Duali (DG. I. 845):

	Radix *dô*	Radix *da* (*dę*)	Radix *d*
Ind. pl.	. . . . .	. . . . .	*dê-d-um*
	. . . . .	. . . . .	*dê-d-uth*
	. . . . .	. . . . .	*dê-d-un*
Conj. sg.	. . . . .	. . . . .	*dê-d-jau*
	. . . . .	. . . . .	*dê-d-eis*
	. . . . .	. . . . .	*dê-d-i*
pl.	. . . . .	. . . . .	*dê-d-eima*
	. . . . .	. . . . .	*dê-d-eith*
	. . . . .	. . . . .	*dê-d-eina*

2) theotiscae (DG. I. 885, AS. V. 287 sqq.):

Ind. sg.	. . . . .	*të-ta* [*të-t* nusquam nisi sequente vocali Pronominis quasi enclitici, velut *tet ih* (AS. 288), nec vero non *tëta ih* (*misseteta ih*, AS. 326)]	. . . . .
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-i* [semel, cum transsonantia, *taete* (*uftaete*, AS.315) in codice saeculi, Graffio teste (AS. I. pag. LXXII), duodecimi]

	Radix *dô*	Radix *da* (*de*)	Radix *d*
	. . . . .	*të-ta* *)	. . . . .
		[semel attenuatum *tëti* („*zuogiteti sih* adhaesit“ AS. 325) in codice (AS. I. p. XLIX) undecimi saeculi]	
		[*të-t* nusquam nisi sequente Pronominis vocali, velut *tet er, es* (AS. 288), *indet er* (317)]	
Ind. pl.	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-unês*
			[attenuatum „*tâten*“ (AS. 288)]
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-ut*
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-un*
			[cum abnormi voc. fl. „*anatatan* injecerunt“ (AS. 315)] **)
			[cum attenuata voc. fl. „*tatin*“ et „*taten*“ (AS. 288)]
Conj. sg.	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-i*
			[semel *dë-d-i* („*indedi*“ AS. 318)]
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-îs*
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-i*
pl.	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-îmês*
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-ît*
	. . . . .	. . . . .	*tâ-t-în*
			[cum abnormi voc. „*anagetatan* indicerent“ (AS. 316)] ***)

*) Mirabiliter scriptum „*têta*“ (AS. V. 288.) apud Graffium invenitur. In qua forma, siquidem signum A revera indicat hoc loco vocalem longam [qua de re dubitasse ipse Graffius videtur, ponens illud *têta* non peculiari loco, sed sub superscripto *teta*], nihil aliud quam inorganica quaedam vocalis productio inesse potest, testibus tum sax°. *dëda* et ags°. *dide*, tum (eodem loco, AS. V. 288) scriptura theot.ª *tetta*.

**) Invenitur eadem voc.is *a* in formis suffixis *tames*, *tan*, quarum postea fiet mentio. De explananda hac *a* vid. VG. §. 614, quo loco Boppius voc.em *a* formam primitivam esse sumit colligativae Perfecti vocalis.

***) At haec forma num revera pertinet ad Conjc.um? Voc.is *a* nonne vi-

3) saxonicae, (Schm. pag. 25, DG. I. 894, cf. VG. §. 622)

	Radix *dô*	Radix *da* (*de*)	Radix *d*
Ind. sg.		*dë-da*	
	dë-dô-s		*dâ-d-i*
			[*dë-d-i*, Schm.]
		dë-da	
		[*dë-de*, Schm.]	
		[semel *di-da* („*waladida*“) Schm.]	
pl. I—III.			*dâ-d-un*
			dë-d-un *)
Conj. sg. I.			*dâ-d-i* (Schm.)
III.			*dâ-d-i* (Schm.)
			dë-d-i (Schm.)
pl. III.			*dâ-d-in* (Schm.)
(i.e.I—III.)			*dë-d-in* (Schm.)

4) Anglosaxonicae (DG. I. 909, Bw. p. 46 et p. 96, R. §. 212; cf. de scriptura „*dyde*, *dydon*“ a Raskio et Bouterwekio accepta DG. I. 228. [*y*, 2] et I.³ 343. [*y*, 2]):

Ind. sg.	*di-de*	
	di-de-st	
	di-de	
pl.		*di-d-on*
		[*dae-d-on* (pl. III., Bw.)]
Conj.sg.III.		[*ge-dae-d-e*, Bw. 96]

detur peculiaris esse Indic.° (v. annot. **)? nonne abhorrere videtur a Conjc.ⁱ voc.ⁱ *i*? Num hoc loco fieri potuit, ut in vertendo Conjc.ᵘˢ latinus theot.° Indic.° reddatur? Si potuit, non jam dubitari potest de Indic.°

*) A Grimmio in IIª editione Grammaticae (p. 894) scriptum „*dëdun*,“ in IIIª (p. 241) „*dêdun*.“ Praeferenda autem videtur prior scriptura, quam adjuvat analogia Sing.ᵢˢ *dëda dida* et ags.ᵢ Plur.ᵢˢ *didon*. Contra sax.ᵃᵉ illius *ê* goth.ᵃᵐ *ê* adaequantis, cui illud „*dêdun*“ attribuit Grimmius, paucissima tantum exstant exempla (v. DG. I³, l. c.) Accedit quod apud Schmellerum nusquam invenitur scriptura „*dêdun*“. Neque Boppius (VG. §. 622) scribit „*dêdun*,“ sed „*dëdun*.“

5) Frisiae (DG. I. 911, Rf. p. 694)

	Radix *dô*	Radix *da* (*de*)	Radix *d*
Ind. sg. I. et III.	. . . . .	*dë-da* (Rf.) *dë-de* (DG, Rf.) [*dë-d* (Rf.) num invenitur sine sequenti vocali ?]	. . . . .
pl.	. . . . .	. . . . .	*de-d-en*, *de-d-in* (Rf.); utrum *dê-d-en* an *dë-d-en*?

Conjunctivi nulla mentio facta est.

6) Batavae (DG. I. 980):

Ind. sg.	. . . . .	*dë-de*	. . . . .
	. . . . .	. . . . .	*da-d-es*
	. . . . .	*dë-de*	. . . . .
pl. I.	. . . . .	. . . . .	*da-d-en*
Conj. sg. I.	. . . . .	. . . . .	*da-d-e*

Libera ab omni deminutione radix *dô*, ut ex his tabulis elucet, in uno solo illo sax.^{o} *dëdôs* exstat, cujus *s* flexiva ex analogia goth.^{i} *saisô-st* (v. VG. §. 617) facile potest explicari; conferantur de litterae *t* finalis apocope quae a Grimmio afferuntur in Historia Ling. Germ., p. 883, maxime, cujus ibi mentio fit, ags.^{um} *is* pro *ist* positum. Perfectior igitur in flexione videtur ags.^{a} forma *didest*, sed minus perfecta in radice, cujus *e* vocalem analogia goth.^{i} *saisôst*, sax.^{i} *dëdôs* derivari jubet ab attenuatione vocalis *ô*. Neque vero verisimile est, imbecillam illam *e* directe manavisse ex longa *ô*, sed est potius putandum, primum ex correptione hujus *ô* ortam esse brevem *a*, velut in forma sax.^{a} *dëda*, tum ex attenuata *a*, velut in forma *dide*, illam e. Quare supra in tabulis formam *didest* radici *da* annumeravimus.

Hac formarum *dëdôs didest* simplici explicatione debilium verbi nostri partium vel ultima illa, cujus mentionem fecimus, suspicio tollitur. Ejusdem autem personae altera forma sax.^{a} *dâdi (dëdi)* et theot.^{a} *tâti* et bat.^{a} *dades* longiorem disputationem postulant altiusque repetitam a statu generali terminationis hujus personae.

Atque in explicanda Praeteritorum theot.^{orum}, sax.^{orum}, ags.^{orum} mira illa terminatione *-i (ë)* Grimmius et Boppius valde inter se dissentiunt. Grimmius enim (GDS. p. 487) invasisse in Indicativum flexionem Conjunctivi, Boppius (VG. §. 616) hanc *i* nullam omnino continere flexionem, sed superstitem terminationis oppressae meram vocalem colligativam esse vult. Ac primum Grimmii opinioni quid favet? quid obstat? Favet analogia exemplorum quorundam, quae negari non possunt, Conjunctivi in Indicativi locum succedentis (qualia sunt Praesens goth.^{i} *viljan* et — v. DG. I. 926. 927 — anomala scand.^{a} *neri*, *sneri*, cet. et *olli*; neque tamen huc pertinere videtur scand.^{i} suffixi *-dhi* vocalis *i* a Grimmio [GDS. 880–881] pari modo explicata, quippe quae simplicius derivari ab attenuatione legitimae *a* et cum graecis formis τέτυφα, τέτυφε [v. VG. §. 610] comparari possit, assentiente transsonantiae absentia [DG. I. 920], quam non minus sane deesse illi *olli* videmus, sed peculiaris cujusdam et definitae rationis causa, de qua cf. DG. I. 927. 928). Obstat verbi finis in vocalem *i* desinens. Cur enim non desinit in *-îs*? Conjiciendum manifesto est, formam II.^{ae} personae destinatam, siquidem ex Conjc^{o} deprompta sit, ex II.^{a} persona fuisse depromptam, neque (id quod omni et probabilitate et analogia videtur carere) ex I.^{a} aut III.^{a} Necessaria igitur est litterae *s* apocope. Cujus nulla alia causa cogitari potest nisi secernendae a Conjunctivo Indicativi formae necessitas quaedam vel desiderium; at Indicativi et Conjunctivi in una forma convenientiam — num verisimile est intolerabilem fuisse? Atque, praetermissa hac re, — poteratne fieri talis apocope? Permansit ubique in theot.^{a} conjugatione et sax.^{a} II.^{ae} pers.^{ae} Sg.^{is} *-s* flexiva, quaeque in ags.^{o} Conjunctivo differentiae personarum accidit inorganica vastatio, ab ea difficile est analogiam ullam apocopae nostrae non solum ags.^{ae} sed etiam sax.^{ae} et theot.^{ae} derivare. Jam vero Boppianam sententiam consideremus. Quid favet? Flexionum abjectarum, exstantium merarum vel ad classem pertinentium vel colligativarum vocalium frequentissima analogia (veluti

conjugationis fortis primaeque debilis in Praes.^{i} Ind.^{i} I.^{a} Sg.^{is} pers.^{a} flexivâ *-m* regulatim orba, exemplumque etiam majoris apocopes Praet.^{i} fortis in Indicativo prima tertiaque Sing.^{is} persona flexione non solum, sed etiam vocali colligativa privata; perfectissime autem analogae in eodem Tempore non solum I.^{a} et III.^{a} pers.^{a} Sg.^{is} graeca et sanscr.^{a} [VG. §. 610] sed, quae ad similitudinem germ.^{ae} II.^{ae} personae Sg.^{is} etiam propius accedit, sanscr.^{a} II.^{a} persona Plur.^{is} [*babandᶜa* ex *babandᶜ-a-tᶜa*, *tên-a* ex *tên-a-tᶜa* perinde ac *nâm-i* ex conjiciendo quodam *nâm-i-t*, v. VG. §. 610]). Quid obstat? Conjunctae nusquam inveniuntur colligativa, ut ait Boppius, illa *i* et flexiva *t*, sed *i*, ubicunque apparet, sine *t*, *t* sine *i* invenitur; veluti gothice dicitur *skal-t*, *nam-t*, theot.^{e} *scal-t*, *nâm-i*, neque usquam *skal-i-t*, *nâm-i-t*. At hac quidem re minime tollitur conjectura exstantium principio duarum formarum, quarum altera usa sit vocali colligativa, altera abstinuerit, quarumque ea, quae usa sit, vocalem ad distinguendum suppeditare sentiens abjiciendae *t* consuetudinem asciverit, quarum denique diversa fuerit in diversis dialectis distributio, conservantibus goth.^{a} lingua et scand.^{a} unam solam illam vocalis expertem formam, theot.^{a}, sax.^{a}, ags.^{a} eandem nusquam nisi in paucis anomalis, alteram quasi ex praescripto. Accedit, quod huic conjecturae analogiam quandam praebent sanscr.^{ae} linguae ea Perfecta, de quibus Boppius disserit in §.^{o} 605, in quibus ejusdem personae eaedem illae formae, tum praedita tum vacua vocali colligativa (*tatan-tᶜa*, *tên-i-tᶜa*), pari jure exstant, cum germ.^{is} formis prorsus congruentes, nisi quod sanscr.^{a} terminatio theot.^{ae} et, in Pluralis eadem persona, ipsius sanscr.^{ae} instar abjici in hac persona nunquam solet.

Consulto omisimus usque ad hunc locum formarum in *-i* et in *-t* desinentium eam differentiam quae est in radicibus, omisimus tanquam rem mediam neutrique parti oppositam. Grimmianae enim opinioni haec quidem differentia ex desonantiae in Conjc.^{o} et in Sing.^{i} Indicativi differentia manat, Boppius ut desonantiae in Praet.^{o} omnem dissimilitudinem, ita hanc

a vocabuli aut latiore aut breviore ambitu, a syllabarum aut majore aut minore numero derivat, idque maxime secundum congruentissimam analogiam sanscr.arum illarum, quarum jam mentionem fecimus, formarum *tatan-t^{c}a*, *tên-i-t^{c}a* (Deficiente enim voc.i colligativa, primae et tertiae Sg.is pers.ae *tatana*, *tatâna* instar usurpatur libera a contractione forma *tatan-t^{c}a*, accedente voc.i colligativa, non polysyllabum ullum *tatan-i-t^{c}a*, sed Pluralis *tên-i-ma* instar contractum *tên-i-t^{c}a;* pariterque goth.um *nam-t* primae et tertiae personae Sg.is instar sine radicis mutatione per meram reduplicativae syllabae aphaeresin derivari potest a *nanam-t* vel [consentiente Grimmio, GDS. 873] *ninam-t*, theot.um *nâm-i* Pluralis instar per contractionem radicalis syllabae et reduplicativae a *nanam-i* [cum voc.i red.a *a* secundum Grimmii Grammaticam, I. 843. annot. 1, et Boppii Grammaticam Comparativam, pag. 115 et §. 605. annot. 1.]. Vid. VG. §. 605). Sed quicunque obsistit desonantiae germ.ae explicationi Boppianae, is tamen negare nequit, mediam ponderisque expertem esse hanc rem in quaestione nostra. Nam si Conjunctivus et Plur.is Ind.i et II.a pers.a Sg.is in desonantia sua inter se congruunt, sequiturne, ut II.a pers.a Sg.is ex Conjunctivo deprompta sit? Nonne eodem jure licet eandem personam comparare cum Plur.i Ind.i, cui nemo inesse quidquam ex Conjunctivo depromptum dicere potest?

Accedit altera res media, bat.orum Praet.orum fortium terminatio *-es*. Quae quidem Grimmianae interpretationi exemplum offert integrae, ab apocope liberae formae, neque ullam difficultatem affert Boppianae, cui quamquam hoc loco minime obstat modus ille a Conjunctivo derivandi, tamen facilior via patet comparandi bat.i hujus *-es* cum neotheot.o illo *-est*, quod ex analogia reliquarum omnium secundarum Sing.is personarum in Praet.um Ind.i, oppressa antiquiore terminatione *-i (e)*, penetravit. Antecessisse in bat.o quoque Praet.o non *-t*, sed *-i* terminationem, verisimile est propterea quod Grimmio teste (DG. I. 970) II.ae personae voc.is radicalis non cum I.a et III.a pers.a Sg.is Ind.i, sed cum Plurali et cum Conjunctivo

concinit. Grimmius enim II.am personam dicit esse „zusammenfallend mit dem conjunctiv“ et exempla citat *scrëves* (I. pers. *scrêf*, Plur. *scrëven*, Conj. *scrëve*) et similia, quibus quidem certiora essent talia exempla quale *swolles* (ex conjg.e XII. , Sg. *swal*, Plur. *swollen*, Conj. *swolle*), quale nullum apud Grimmium invenimus.

Jam quae in contrarias partes disputavimus, ea inter se ponderemus dijudicationem tentaturi. Grimmium quod adjuvat, id quiddam anomalum est, quiddam rarum, exceptio quaedam, quod Boppium, frequentissimum quiddam, naturale et quodammodo organicum; Grimmio quod repugnat, id difficile ad refutandum est, quod Boppio, facilius. Haec considerantes ad Boppii sententiam nos oportet nos adjungere.

Sed revertamur ad sax.um *dâdi*, theot.um *tâti*. Quae derivari aut ab antiquiore quadam forma *da-dô-i* (vel forma etiam antiquiore *da-dô-i-t*, quam si quis conjiciat, una cum *da-dô-s-t* exstitisse eam putandum est, quamque colligativa *i* praeditam alterius formae colligativa illa *-s* non eguisse apparet) ita possunt, ut vocalem radicalem, perinde atque in Pturali et in Conjunctivo, devicerit colligativa, aut a recentiore quadam origine, quae ex analogia manaverit Praeteritorum desonantium, ita, ut imitatione quadam assimilatae sint formae *dâdun tâtun*, falso pro desonantibus habitae. Nec minus bat.o *dades* duae patere videntur interpretationis viae, sed eae tales, inter quas certius possit dijudicari. Comparare enim ei potueris aut sax.um *dâdi* (terminatione *-es* vices obeunte antiquioris *-i*, sola *d* formante radicem [*da-d-es*]) aut sax.um *dëdôs*, ags.um *didest* (radice ex *d* et *e* litteris constante [*da-de-s*]). Sed posteriori comparationi obstat vocalium reduplicativarum differentia, quae superiori, ut credimus, palmam dat; qua de re postea loquemur.

Jam vero quum de radice, de vocalibus vel ad modum pertinentibus vel colligativis, de flexionibus nihil jam memoratu dignius supersit, ad maximam et Praet.i et totius verbi difficultatem in ultimum locum consulto reservatam, ad sylla-

bam reduplicativam transeamus. Qua de re praemittamus iterum necesse est diffusiorem quandam, ex antiquissimo statu repetitam expositionem.

Atque primitivam reduplicationis in omnibus linguis indogermanicis legem in repetitione vocalis radicalis vel ejus certe qualitatis versatam esse non solum (ut vocabulo technico utamur) „a priore“ verisimillimum est (natura enim reduplicationis qualis alia cogitari potest nisi gradationem quandam et gravitatem per repetitam radicem quasi symbolice significatura? *); cui rei confirmationem praebent dilucidissimam exempla perfecte iteratarum radicum velut simplicis *gam* Intensivum illud *gangam* quod a Boppio germ.^{o} *gangan* comparari vidimus, velut verborum, quorum initium fit a vocali, Aoristi reduplicativi sanscr.^{i} et graeci [de quibus v. VG. §. 584], velut Perfectorum graecorum reduplicatio „attica“ similesque formae [v. VG. §. 642]; repetitio autem radicis si principium et axioma erat, imperfectam radicis iterationem necesse erat tantum quidem radicis iterare, quantum poterat, i. e. non solum consonantem in initio vocabuli positam, sed etiam vocalem radicalem); non solum, inquam, „a priore“ verisimillimum est, sed defenditur etiam analogiâ sanscr.^{ae} linguae, veterrimae inter omnes ad indogermanicam stirpem pertinentes, quippe quae, ubicunque reduplicatione utatur, repetat radicis vocalem (cf. de Perfecto VG. §. 596, de Aoristo reduplicativo §. 579 sqq., de Praesenti et Imperfecto §. 109.^{a} 3 et capita de Praes.^{i} et Impf.^{o} disserentia, §. 507 sqq., de Desiderativis §. 750, de Intensivis §. 515 et §. 753 sqq.); quam analogiam corroborat consensio non solum zendici sermonis sanscr.^{o} proxime finitimi, sed etiam latini pluribus in rebus (ex. gr. in substantivorum femininorum terminatione *-ies*, in Participiorum terminatione *-ns*, de quibus cf. quae Boppius dicit de Nominativo [§. 134 sqq.]) antiquitati fidelissimi. An-

*) Cf. quae a Boppio dicuntur in §.^{o} 515 et a Grimmio in Hist. L. Germ. in ineunte capite de reduplicatione.

tiquissima autem videtur esse exceptio quaedam, quam idem sermo latinus dat vocali *a* (VG. §. 548) ponens in syllaba reduplicativa *ĕ* pro *a*; nam et ipsi sanscr.ae linguae propria est in Desiderativis (VG. §. 750) et in anomaliis nonnullis (velut *ti-s'tʿâ-mi, g'i-g'râ-mi* [VG. §. 482, §. 508]). Cujus rei causam Boppius ponderi ascribit vocalis *a* inter omnes vocales ut gravissimae ita attenuationis cujusdam desiderium facillime excitantis. His de causis eas linguas, quae voc.i red.a semper una eademque utuntur, priorem quendam possedisse reduplicationis et radicis concentum, aequalitatemque voc.ium red.arum recentiore quadam corruptione contineri arbitrandum est, Boppio, ubi de graeca lingua disseritur (VG. §. 597), definite consentiente.

Itaque germ.is quoque linguis (ut speciatim ad has transeamus) vocalium reduplicationis et radicis parem inter se qualitatem quasi fundamentum attribuere non potueris dubitare. Qua in opinione consentiunt Grimmius et Boppius (v. quae Grimmius dicit in Grammatica [I.843. annot. 1.], quae Boppius de goth.a lingua in §.o 606, p. 851, de theot.a in §.o 605, p. 847, de scand.a et sax.a in §.o 594). Sed ab hoc fundamento — quomodo transitus explicetur ad aequalitatem illam voc.is red.ae in goth.is litteris traditam? Hac in re Grimmius et Boppius, quantumvis de principio et origine inter se conveniant, denuo inter se dissident. Ac primum Grimmius (v. GDS., caput de reduplicatione) eam reduplicationem, quae jam in goth.a lingua evanuit, et eam, quae exstat, penitus discernit, diversasque inter se unius et alterius vocales reduplicativas esse vult, illi non *ai*, sed aliam quandam ac brevem (cf. pag. 874. 875), „versuchsweise" (p. 873) *i* vocalem attribuens, huic diphthongum *ai* (i. e. *ái*, non *aí*). Objici autem ei potest, quod, quum nihil obstet quominus exstinctam illam reduplicationem fidelem adhuc principio et fundamento fuisse, aequalitatemque vocalis in conservatam demum invasisse statuamus, quin imo, quum huic conjecturae adjumentum haud parvum afferat sanscr.i *tênima*, goth.i *nêmum*, theot.i *nâmumês* ex-

plicatio Boppiana (VG. §. 605, §. 606), tamen sine necessitate et sine ratione (nam qua de causa reduplicationi exstinctae attribuatur vocalis aequalitas, qua de causa non attribuatur vocalis cum radice convenientia, non dicitur) tres quasi gradus vocalis reduplicativae, aequalitatis duo (primum vocalis radicis, deinde *i*, tum *ai*) proponuntur. Jam vero Boppius triadem hanc devitans neque plus unum aequalitatis gradum defendens utrique reduplicationi goth.am *ai* adjudicat, neque vero *ai* generaliter germanicam (Grimmianam *ái*, theot.ae *ei* parem), sed unam ex illis speciatim goth.is *ai* (Grimmianis *ai*), quibus in ceteris dialectis respondet *i* (VG. §. 593). Opponit igitur goth.o *saisat* theot.um *sisaz* (VG. pag. 848), goth.o *haihald* theot.um *hihalt* (§. 592, §. 593). At vero extensae in exstinctam reduplicationem aequalitati vocalis obstat illud *nêmum*, *nâmumês*, cujus jam saepius fecimus mentionem; Plurali *nanamum* — cur opponamus Sing.em *nainam*, *ninam*? Et aequatae illi cum theot.a *i* goth.ae *ai* Grimmius (adhuc dubitans in Grammatica [I. 1055]) in Hist. Ling. Germ. repugnat, tum provocans (p. 874, p. 875) ad differentiam (qua eadem, alius sane argumenti causa, Boppius quoque nititur [§. 490 annot. 2 et §§. 589—591]), quae inter exstinctae reduplicationis radices brevibus vocalibus praeditas et conservatae vel naturâ vel „positione“ longas intercedit, cui convenienter inter se differre vult brevem in superiore, longam in posteriore voc.em red.am, tum (p. 868) Keronianum illud *heialt*, cujus jam in Grammatica (I. 862) mentionem fecit, afferens. Quarum rationum quanquam prior, quam in mera conjectura positam esse appareret, parum momenti habet, tamen altera, quum in forma nobis tradita versetur, negligi nequit, et accedit, quod goth.ae *ai* illa species, quae theot.ae *i* respondet, coërcita esse solet intra terminos subsequentis *r* vel *h**). Videtur igitur id, in

---

*) Theot.a *ia* in talibus formis, qualis est *hialt*, cujus a forma *hihalt* derivandi facilitas defendere videtur Boppii sententiam, a contracta triphthongo *eia* (*heihalt*, *heialt*, *hêalt*, *hîalt*, cf. DG. I. 863) derivari non

quo consentiunt Boppius et Grimmius — vocalis illam aequalitatem dico, quam jam exstinctae reduplicationi propriam fuisse volunt — ratione quidem et causa carere, adjuvante contrariam opinionem illo *nêmum, nâmumês;* videtur pari modo rejicienda esse Grimmiana illa *i*; videntur definitae rationes obesse goth.ae *ai* cum theot.a *i*, ut vult Boppius, comparatae. Quare obtineri ex duobus interpretandi modis unum id videtur posse, quod de goth.a voc.i red.a *ai* theot.ae *ei* pari Grimmius dicit; verique simillimus hujus rei quasi ordo et cursus hic videtur fuisse: Principio vocalis radicalis iteratio, quam adhuc exstitisse eo tempore, quo ortae sint formae *nêmum, nâmumês,* Boppius defendit, quamque exstitisse — accepta fortasse latina illa exceptione — per omne tempus, per quod reduplicatio exstincta permanserit, nihil quidem obstat quominus sumamus; postea in graviorum radicum (VG. §. 490. annot. 2 et §. 589) constantiore reduplicatione dominatio sensim extensa unius goth.ae *ai*, theot.ae *ei*. Quae tamen *ai*, *ei* quomodo nata sit, interrogantibus de quantitate voc.is red.ae nobis quaerendum est.

Atque „a priore“ quidem quantitati voc.is radicalis in syll.a red.a principio conservatae non solum nihil repugnat, sed maxima probabilitas favet. Apparet enim, consentaneam esse quantitatis integritatem repetendae radicis illi axiomati; quamque traditam videmus in syll.a red.a correptionem longarum vocalium vel diphthongorum, ea euphonica quadam vi, sublevandarum nimis gravium formarum necessitate quadam vel desiderio facile potest explicari. Exemplum autem

---

minus potest. Nec minus ab *heiaz, leiuf, leiaf* eae formae, de quibus Boppius disserit in §.o 595, *(hiaz, liuf, liaf)*. Scand.ae quidem et sax.ae *ê* interpretatio Boppiana (§. 594) neutri opinioni repugnat, neque vero opus est majorem, quam eam quae goth.is formis inest, antiquitatis integritatem conjicere; nam forma *hêlt* manare non minus poterat ex illius *heialt, hêalt* longius progressa contractione, ex qua facilius poterat oriri quam ex *leolc, reord* (GDS. 867. 868) ortae revera sunt formae *lêc*, *rêd*.

integrae longitudinis voc.is red.ae linguae cognatae, quales nobis traditae sunt, nullum jam praebent. Latini enim dicunt *ce-cĭdi*, *pe-pĕdi;* sanscr.o sermoni lex est corripiendarum vocalium longarum, obtinendae ex diphthongis secundae tantum vocalis (VG. §. 596); quaeque enumerari possunt exceptiones, eae quum aut anomalae sint aut peculiaribus suis ipsarum causis contineantur, certum adjumentum afferre non possunt: anomala sunt et paucissima, de quibus Boppius disserit in §.o 638, exempla zendica; lege mere euphonica continentur sanscr.ae tales formae, qualis est *a-s'î-s'il-am* (VG. §. 580); non conservata radicis vocalis longa, sed consulto corroborata (eminentis cujusdam gravitatis causa) vocalis radicalis inest syll.ae red.ae Intensivorum sanscr.orum (VG. §. 515, §§. 753, sqq). Et in germ.is linguis (ut ad has transeamus) de exstincta quidem reduplicatione ambigi nequit, quippe cujus proprium sit habere breves radicum vocales, qua in re cum Boppio consentire vidimus Grimmium, qui (GDS. 874. 875) ut omni exstinctae reduplicationi, ita VIII.ae suae conjugationi et IX.ae (quae brevem vocalem, excepto Part.o Pass.i, in Praet.i tantum Plur.i habent) brevitatem voc.is radicalis attribuens ad desonantiae germ.ae Boppianam interpretationem uno quidem gradu accedit. Breves igitur si erant vocales radicum, quamdiu repetendae vocalis radicalis lex valebat, tamdiu vocales reduplicativae nullae nisi breves esse poterant. Dubitari autem potest de conservata reduplicatione, cujus radicum maximae parti voc.es longae vel diphthongi insunt. Eratne (quaeri potest), dum repetebatur vocalis radicalis, in syll.a red.a earum radicum, quae longam voc.em habent, voc.is longa, quae diphthongum, diphthongus? Hujus quaestionis alteram partem, si certum sit quod de goth.a *ai* theot.ae *ei* pari supra dictum est, affirmare non possumus dubitare; nam hoc solo modo explicari posse videntur illae *ai* et *ei*, quae, si legitime conjunctae erant cum radicis voc.i *ai*, ex radicibus voc.i *ai* praeditis in reliquas radices sensim invadere poterant. Quae si ita sunt, lingua germ.a opposita sane est

sanscr.is radicum diphthongo praeditarum Perfectis (velut *ci-kêt-a* a verbo *kêt*, VG. §. 593); sed quum „a priore“, ut vidimus, verisimillimum sit conservatam principio fuisse quantitatem, — nonne fieri facile potuit, ut germ.a lingua sicut in aliis rebus (ex. c. in goth.a Accusativi Plur.is terminatione *-ns*, cf. VG. §. 236), sic in hac primitivum statum fidelius obtinuerit quam linguae cognatae? Minime defuit occasio et causa, sed potius quasi insita fuit ipsarum diphthongorum naturae. Plus enim interest inter diphthongum et simplices ejus vocales quam inter ejusdem qualitatis longam vocalem et brevem. Quantum inter se distant goth.ae *u* et *au*, *i* et *ai**)! Latius distant quam in sanscr.o sermone *u* et *ô*, *i* et *ê*. Primum enim sanscr.ae *ô* et *ê* tanquam diphthongi non jam enuntiatae esse neque ullo modo a simplicibus voc.bus longis discrepuisse videntur, deinde accedit quod ad earum similitudinem propius illis *u*, *i* accedentes voc.es breves desunt linguae sanscr.ae brevibus *o*, *e* carenti. Facile igitur fieri poterat, ut germ.ae quidem linguae quasi sentimento diphthongorum et simplicium vocalium inter se differentia a lege congruentium inter se vocalium radicis et reduplicationis nimis discedere, talibusque formis, quales essent *u-auk*, *hi-hait*, formarum *au-auk*, *hai-hait* integra conservatio anteferenda esse videretur. Dubium autem manet, quomodo se habuerint vocales simpliciter longae. Hic plane deest conjecturis tale adminiculum, quale illic praebuit reduplicativa illa *ai*, atque unum hoc, si vera sunt quae supra diximus, conjicere licet, reduplicativam *ai*, quam eandem etiam hic videmus traditam, manavisse ex iis verbis, quorum radicis vocalis sit *ai*, ex quibus in omnia reduplicationis conservatae verba sensim penetraverit. Quae orientis *ai* interpretatio ne tum quidem labefactatur, si forte falsa sunt quae de exstincta

---

*) Diphthongos goth.as *au*, *ai* enuntiatas esse *ô*, *ê*, ut Boppius vult (§. 78), difficile ad credendum est non solum exstantium praeter eas litterarum *ô*, *ê* causa, sed etiam respondentium iis in theot.o sermone *ou* [cf. VG. §. 84] et *ei*.

reduplicatione supra conjecimus; nam tum unum hoc sequitur, ut ejusdem *ai* dominationi subjecta fortasse fuerint et ipsa illa verba, quorum exstincta est reduplicatio. At vero in his conservatam fuisse legem primitivam quae confirmare videntur, iis adhuc unum addi potest, quod Grimmius (GDS. p. 874), ut supra vidimus, attigit. Ratio enim et causa conservatae in verborum quodam numero reduplicationis ea, quam Boppius exponit (§. 490. annot. 2, §§. 589. 590. 591), quae in radicum quum majore pondere, tum reduplicativae syllabae quasi portandae majore facultate cernitur, unica non est, sed definite accedit desonantiae in reliquis verbis conformatio, in his defectus (nam ex *nanam*, *faſôr* sine periculo exstinguendae Praet.^{i} et Praes.^{is} inter se distinctionis manare poterat *nam*, *fôr*, neque vero *hald*, *staut* ex *haihald*, *staistaut*), acceditque fortasse, id quod dicere voluimus, differentia inter brevem voc.^{em} red.^{am} exstinctae et diphthongum conservatae reduplicationis interposita; nam facilior erat brevis syllabae aphaeresis, „longa“ (ut Grimmii verbis [l. c.] utamur) „restitit confundique tantum se sivit.“ Ceterum simili modo, cur verbum *tuon* reduplicationem obtinuerit quaerentes, rationes quasdam invenire possumus. Forma enim *da-da* vel antiquior *da-dô* si abjecisset syll.^{am} red.^{am}, quum desonantia carerent radices voc.^{i} *ô* praeditae, ad Praes.^{is} similitudinem nimis accessisset; si secuta esset formarum *haihald, hialt* exemplum, in formam *diô, dia* vel similem conversa esset idcirco fortasse devitatam quod nimis brevis forma, nimis imbecilla videbatur, qua cum re hoc concinit, quod hujusmodi radices in vocalem desinentes (cf. ex. gr. goth.^{um} *saian* cum theot.^{o} Praet.^{o} *sâta*, omnibusque cum verbis quintae anomaliae Grimmianae) in recentioribus dialectis ad debilem conjugationem maximam partem videntur transiisse (paucis verbis exceptis, ex. gr. scand.^{o} *bý biô* [DG. I. 913] et pluribus — sed iis dubie propterea quod pure desinentes in vocalem videntur non mansisse — in ags.^{o} sermone, velut *sâvan seôv* [DG. I. 895], quibuscum congruit theot.^{um} *houwan hîô* [DG. I. 858]). Abhorrente autem verbo

tuon ab utroque intereuntis reduplicationis modo, quid praeter integram reduplicationis conservationem supererat nisi conjugatio debilis? Sed ab hac non minus abhorruit verbum *tuon* propterea quod ipsum adfuerat ejus conformationi, neque erat, cur ei se applicaret, quoniam minimum intererat inter formam *dada* formae debili simillimam et Praet.um revera debile.

His praemissis, paratiores transire possumus ad considerandam verbi *tuon* syll.am red.am Quae habet duas vocales vel, ut Boppius vult, tres inter se diversas: *i (ë)*, *ê*, *â*, quarum varietatis in eo maxime versatur anomalia, quod inter unius ejusdemque Temporis in una et eadem dialecto singulas formas differentia apparet. Dubitari quidem non potest, quin haec differentia non sit primitiva (nam plane deest analogia), sed orta ex primitiva quadam unitate. Quomodo autem est orta? quomodo inter se conciliari possunt variae illae vocales? Patent diversissimae viae. Possunt omnes, de quibus supra disseruimus, interpretandi modi adhiberi. Grimmio enim licet dicere, illi *i (ë)* vocali reliquias quasdam inesse conjectae a se *i* reduplicativae, et goth.am *ê*, cui legitime respondeat theot.a *â*, contractione quadam solitae *ai* (cf. DG. I. 1042) posteriore tempore nata contineri. Eodemque modo Boppius explanare poterat goth.am *ê* (VG. §. 621), neque vero in reliquis dialectis cum ea aequare poterat illam *â*, sed nullam nisi *i (ë)* vocalem. Quare peculiari voc.is *â* interpretatione eguit, quam ita adipiscitur (VG. §. 622, pag. 870), ut ex inorganica decimae undecimaeque conjugationum Grimmianarum analogia, „in dem Gefühle“ (inquit) „als wenn *dad* die Wurzel und 1. und 3. Ps. sg. Praet. waere“, ortas esse formas *dâdun*, *dâdi*, cet. defendat. At hoc „sentimentum“ quomodo poterat nasci? Nusquam invenitur forma *dad*, *tat* (cf. VG. pag. 871); quaeque traditae sunt Sing.is formae *(dëda, tëta)*, eae tali sentimento locum dare videntur non potuisse. An Boppius hoc loco de antiquiore quadam forma *dada*, *tata* cogitavit? Ea denique, quam supra tentavimus, reduplicativae *ai* interpretatione nihilo magis impedimur, quominus goth.am

ê a contracta *ai*, voc.em *â*, ut libeat, vel cum Grimmio a goth.a *ê* vel cum Boppio ab inorganica origine, voc.em *i (ë)* a conservata secundum latinam illam consuetudinem radicali vocali derivemus. Sed accommodatissima ad verbum tam priscum nonne ea via videtur, quae cunctas voc.is red.ae formas revocare ad priscum et legitimum fundamentum, e fonte maxime primitivo omnium formarum inter se conciliationem haurire conetur? Hanc viam ingredientes ad aliud quoddam dictum Boppianum provocare possumus, quod „secundum antiquius reduplicationis axioma“ formae *dêdum* voc.em *ê* fortasse esse radicalem significat (VG. §. 621).

Antiquior igitur Praet.i formatio, si vocales simpliciter longas in syll.a red.a correptas esse sumimus, haec videtur fuisse:

da-dô, da-da
da-dô-st (et *da-dô-i?*)
da-dô, da-da
da-dô-um
da-dô-uth
da-dô-un

Ab his, latinae illius exceptionis ope, facile derivari possunt omnes eae formae, quibus est vocalis *i (ë)*. Quae interpretatio, si vera est, argumentum quoddam fortasse affert contra longarum vocalium illam, quam supra dubiam reliquimus, in germ.is linguis conservationem; nam manifestum est, reduplicativam *â* vel *ê* vel *ô* directe in *i* converti non potuisse, sed antea debuisse in *ă* transire.

Jam vero consideremus eas formas, in quarum syll.a red.a apparet *ê* vel *â*. Quarum omnium (sine ulla exceptione, nisi quam in bat.o *dades* inesse fortasse dixeris, ad quod mox revertemur) commune hoc est, quod radicem habent tantopere, ut restet mera *d (t)*, deminutam. Nonne in hac re simplex quaedam explanatio hujus quasi aenigmatis inest? Voc.is red.ae longitudo — nonne mutilatam radicem euphonice quasi compensatura esse poterat? Huic conjecturae ad-

jumentum haud parvum affert sanscr.ª quaedam analogia, de qua statim loquemur. Conservatam esse hoc loco longitudinem primitivam, secundum ea, quae simplicium voc.ium longarum conservationi obstare supra vidimus, veri minus simile videtur, quam — peculiaris hujus rationis causa productam esse *ă* brevem. Cui rei assentire videtur goth.ª *ê*; nam quum verisimillimum sit, Praet.i voc.em radicalem non *ê*, sed *ô* fuisse, red.ae quoque voc.is primitivam longitudinem *ô* fuisse sumendum est. Nec minus assentire videtur analogia sanscr.ª, quam supra significavimus, quam praebent Aoristi illae formae, quarum jam mentio facta est, *as'îs'ilam* similesque (VG. §. 580). Voc.is red.ae enim longitudo ut in his cum brevitate voc.is radicalis cohaeret, nonne sic a linguae germ.ae euphonico quodam sentimento cum ejusdem voc.is excisione conjungi poterat? Nihil contra hanc regulam eo demonstratur, quod exceptiones exstant, non tales quidem, quae conjunctam cum plena radice illam *â* vel *ê* ostendant (nusquam enim invenitur *dâ-dô-s*, *dâ-da*, *tâ-ta*), sed tales, quae cum mutilata radice voc.em *i* (*ĕ*). Quae vocalis explanari hoc loco aut ita potest, ut euphonica illa vis usque a principio non fuerit tam valida, ut integra dominatione in omnibus dialectis potiatur, quarum nonnullae brevem voc.em red.am sensim in *i* (*ĕ*) conversam vel propemodum solam (velut ags.ª) vel alterius quasi comitem (velut sax.ª) obtinuerint, aut ita, ut voc.is *i* ex prima tertiaque pers.ª Sing.is in reliquas formas contra legem penetraverit eodem modo, quo in recentibus dialectis germ.is Praet.i duplex desonantia evanuit.

Restat, ut bat.i *dades* denuo fiat mentio, idque vocalis *a* causa a reliquarum dialectorum *â*, *ê* differentis. Intelligitur autem ex Grimmii Gramm.ª (DG. I. 468. 478, I.³ 264—267), voc.em *a* hoc loco esse longae *ae* vicariam et eam quidem legitimam et cum ceterarum dialectorum *â*, *ê* vocalibus plane aequandam. Accedit, quod hoc loco, si principio brevis esset, perinde atque in Sing.i, ut liquet, in *ĕ* transiisset. Neque revera brevis est secundum eam sententiam, quam Grimmius dicit in Gram-

maticae tertia editione (l. c.), sed inter longitudinem brevitatemque quasi suspensa*).

Quod superest, unum hoc bat.um *dades* ceterorum exemplorum crebrae analogiae resistere non potest; i. e. non potest esse *da-de-s* (formis *dë-dô-s, di-de-st* respondens), sed, id quod supra attigimus, sit necesse est *da-d-es* (ortum ab antiquiore *da-d-i*).

Secundum haec omnia qualem fuisse putandum est goth. Sing.is formationem? Primam quidem tertiamque personam

*) Quin etiam, uno gradu ulterius progredi easque *a*, quae in syllabis in voc.em desinentibus inveniuntur, revera longas esse sumere — num forte licet? Si respondere tales *a* organicis finitimarum dialectorum voc.ibus *â* (cf. ex. gr. theot.um *sprâche*, bat.um *sprake*) et in uno eodemque verbo longam *ae* in *a* transire (cf. *daet, dade*) videris, veram longitudinem illis esse eorum exemplorum instar, quibus *â* longam Grimmius (DG. I. 473 [AA].) concedit, facile statuas. Porro, si regulatim apparere hanc *a*, ubi in voc.em syllaba desinat, intellexeris (cf. *aerm, a-rem; daet, da-de; hael-de, ha-lede*), nonne valuisse videtur hoc loco consuetudo quaedam mere orthographica, quae, sive *ae* et *a* (*â*) in pronuntiatione concinuerunt, sive interfuit inter eas subtilis quaedam differentia (*ă-e? â?*), longitudinis signa necessaria non esse in syllabis in voc.em desinentibus putaverit? Ex his sane sequitur, ut in hujusmodi syllabis tales quoque *a*, quae organice breves sint, (quia in *ae* transire et ipsae possunt [cf. ex. gr. *gemakes, gemaex*, DG. I. 478] et in eo, quod dicimus „Reim“, ad alteras *a* ex *ae* natas referuntur [DG. I. 468]) longas esse sumendum sit; at eadem dialectus — nonne aliis quoque locis (cf. *aerm, aerp; wôrt, vôrt*, cet., DG. I. 467. 476) ad producendas voc.es breves videtur propensa? Discrepat sane Grimmius a secunda Grammaticae editione in tertia (DG. I.^{3} 279), non productione defendens, sed „fractione“ contineri illorum *aerm, aerp* voc.em *ae*, sed hanc opinionem non potest nisi ita obtinere, ut ejus solius causa similium formarum similes mutationes, velut formarum *wôrt, vôrt* longam *ô*, prorsus neget (DG. I.^{3} 285. 288). Pariter atque *ae* et *a* se habere videntur *ô* et *o* (DG. I. 477. 471), *û* et *u* (I. 472), cet., nisi quod scriptura minus sibi constans est et phonetica talis differentia, qualis inter *a-e* et *a*, esse non potest. Ceterum assentit conjecturae nostrae neobat.a orthographia et pronuntiatio (DG. I.^{3} 308).

statuere debemus aut *dada* fuisse aut *dida*, neque potuisse esse *dêda*. Adjuvat radicem *da* forma suffixa *-da*, voc.em red.am *i* (si recte explicabimus) forma in quarta parte tractanda *iddja*. Neque vero tam facilis ad augurandum secunda persona. Cui minus certum adjumentum affert suffixum *-dês*. Antiquitati autem goth.ae dialecti maxime consentanea videtur vel primitiva forma *da-dô-st* vel primitivae proxima *di-dô-st* sax.ae *dë-dô-s* analoga. Accedit, quod alteri terminationi *-i*, i. e. formae *da-dô-i* vel simili, omnis analogia goth.a deest. Sed ags.o *di-de-st* convenienter num forte correpta radicis voc.i dicebatur *da-da-st* vel *di-da-st*? Et carentem euphonica *s* formam quandam *da-da-t* vel *di-da-t* num conjici licet? Ab hac quidem forma secundum Plur.is et Conjc.i exemplum derivari facile potest illud *dê-d-t*, *dê-s-t*, ex quo Boppius (VG. §. 622) manavisse vult suffixum *dês*, sed prorsus deest tale adminiculum, quale supra praebuerunt sax.a forma et ags.a —

Ordini nostro congruenter progrediamur ad formas suffixas. Quarum tabulae, omisso goth.o Plur.i et Conjc.o, quos integre conservatos jam supra consideravimus, hae sunt:

1) Formae goth.ae (DG. I. 845):

Ind. sg. | I. *da,* II. *dês,* III. *da.*

2) Theot.ae (DG. I. 868. 869, AS. V. pag. XIII—XV, GDS. 880.)

Ind. sg.	I. *ta* (attenuataque *ti, te.* AS.)
	II. *tôs* (*tâs**), *dês*) DG; *tôs* (*tes, des, tas, tôst*) AS.
	III. *ta* (attenuataque *ti, te.* AS.)
pl.	I. *tumês* (vel *tomes*, abnorme *tames*, deminuta *tum, tom, tun, ton.* AS.)
	II. *tut* (vel *tot*, attenuatumque *tet.* AS.)

---

*) Hujus formae quae apud Grimmium inveniuntur exempla, ea quidem a Graffio refutantur, sed ab eodem aliud formae „*tas*“ exemplum (*woltas*) citatur.

	III. *tun* (vel *ton*, abnorme *tan*, attenuataque *tin*, *ten*. AS.)
Conj. sg.	I. *ti* DG, *tî* GDS, (attenuatumque *te*. AS.)
	II. *tîs* (vel *tist*. AS.)
	III. *ti* DG. GDS., *ti* (dubium *tî*, attenuatum *te*) AS.
pl.	I. *tîmês* (deminutaque *tim*, *tin*. AS.)
	II. *tît* (vel *tint*. AS.)
	III. *tîn* (attenuatumque *ten*. AS.)

3) Sax.ae (DG. I. 891):

Ind. sg.	I. *da* (attenuatumque *de*)
	II. *dôs* (*dês*)
	III. *da* (attenuatumque *de*)
pl.	I. II. III. *dun*
Conj. sg.	I. *di*, II. *dîs*, III. *di*.
pl.	I. II. III. *dîn*.

4) Ags.ae (DG. I. 903):

Ind. sg.	I. *de*, II. *dest*, III. *de*
pl.	I. II. III. *don*
Conj. sg.	I. II. III. *de*
pl.	I. II. III. *den* (*don*)

5) Frisiae (DG. I. 910. 911):

Ind. sg.	I. III. *de*
pl.	I. II. III. *don?* (cf. verborum fortium Pluralia Praet.i *hîldon*, *hîton*, cet. terminatione *-on* praedita)

De II.a pers.a Sing.is, de Conj.o nulla mentio.

6) Scand.ae (DG. I. 920, GDS. 880. 881):

Ind. sg.	I. *dha* (*dhi*), II. *dhir*, III. *dhi*
pl.	I. *dhum*, II. *dhudh*, III. *dhu*
Conj. sg.	I. *dhi*, II. *dhir*, III. *dhi*
pl.	I. *dhim*, II. *dhidh*, III. *dhi*

7) Bat.ae (DG. I. 976):

Ind. et Conj. sg.	I. *de*, II. *des*, III. *de*
pl.	I. *den*, II. *det*, III. *den*.

Integrae formae, ut supra vidimus, reliquias ut solas, sic pondere eminentissimas obtinuerunt goth.a Dualis, Plur.is

et Conjc.^{i} suffixa, sine quibus Praet.^{i} debilis omni interpretationi deesset fundamentum certum, quibusque adjuvantibus reliquorum sermonum, quae respondent, formae necessarie pariter atque simpliciter derivantur a syll.^{ae} red.^{ae} syncope, cujus necessitatem attulisse apparet nimiam vocabulorum quasi molem et amplitudinem, quamque adjuvisse videtur accentus in flexionem sensim transgressus (*nérîtâtun*, *néritâtùn*, *néritùn*).

Eandemque syncopen, modo prius ortam, accidisse manifestum est primae tertiaeque pers.^{ae} Sing.^{is} Ind.^{i} Qua cum re ipse Graffius, quem a Grimmio Boppioque dissidere vidimus, consentit „contractionem“ quandam in goth.^{ae} dialecti Sing.^{i}, in theot.^{ae} toto Praet.^{o}, ut non jam cognosci possit reduplicatio, effecisse dicens (AS. V. pag. XIII). Differens autem interpretatio quaedam ab ipso auctore, Boppio, abjecta est (VG. §. 620). Sed prius incipientis syncopes quaenam est causa? Videtur explanationem praebere differentia voc.^{is} red.^{ae}, quae producta in Plur.^{i} et Conjc.^{o} excisioni diutius potuit resistere, brevis in Sing.^{i} facilius cessit. Inter easdem duas personas quae in scand.^{a} lingua intercedit differentia a Grimmio in Hist. Ling. Germ. (p. 880. 881) ad Conjc.^{um} relata, ejus jam supra, occasione oblata, mentionem fecimus; quamque ibi simpliciorem diximus rationem, cum ea congruit theot.^{i} illius *ti* pro *ta* positi explicatio Graffiana, de qua v. AS. V. p. XIII., quo loco formae *te, ti* ab „attenuato“ *ta* („abgeschwächt“ inquit Graffius) derivantur. Eaedemque personae ut in Indicativo scand.^{o} inter se differentes revera apparent, ita differentes in theot.^{o} Conjc.^{o} a Grimmio et Graffio in contrarias partes conjiciuntur. Obstat autem III.^{ae} pers.^{ae} formae *tî*, quam a Graffio vidimus attingi, uno solo exemplo fultae goth.^{a} in eadem pers.^{a} brevis vocalis *i;* eandemque formam num primae pers.^{ae} rectius attribuerit Grimmius goth.^{a} terminatione *jau* nixus, nihil refert hoc loco, ubi hoc potissimum propositum est, derivare a simplicibus formis suffixas. Consentaneum est, si certa sit formae *tî* longa vocalis, sequi, ut eadem *î* simplicis quoque verbi *tuon* totiusque conjugationis fortis theot.^{ae} Praet.^{o} Conjc.^{i} propria sit.

Reliquum est, ut de II.ª pers.ª Sing.ís Ind.í loquamur. Cujus ex simplicis verbi *tuon* eadem persona ut certa est origo, ita incerta et obscura derivatio, quae fieri posse videtur triplici modo. Ac primum quam Boppius (§. 622) ingreditur viam, ei obstare jam vidimus dubiam fidem et formae *dê-d'-t, dê-s-t,* et ejus, ex qua haec potuit manare, formae *dadat* a traditis formis omnibus longe distantis. Deinde ad formas *da-dôst, di-dôst* (sax.ªm *dëdós*) ejusdem syncopes auxilio, quam supra cognovimus, facile quidem revocari possunt theot.um suffixum *tôs* et sax.um *dôs;* sed cum iisdem quomodo conciliemus goth.um *dês?* Conjiciendi goth.í cujusdam *da-dê-st* deest jus et auctoritas; neque alia ulla ratione illud *dês* explicari posse videtur nisi corruptione quadam antiquioris *dôs,* cujus voc.em *ô* depulerit altera voc.is *a* longitudo *ê* eodem modo, quo Boppius in §.º 606 goth.ae et sanscr.ae *ê* antecessisse vult antiquiorem *â.* Sed etiamnunc discrepat sax.um *dês* et maxime (nam de sax.º videatur DG. I.ª 241 [*ê,2*]) theot.um, cujus voc.is *ê* vicaria voc.is *â* esse non potest. Tertia denique exstat explanatio, quae eo quidem praestare videtur, quod omnes goth.í, sax.í, theot.í suffixi formas pari modo oriri sinit. Fieri enim fortasse potuit, ut similem deminutionem suffixum nostrum pertulerit atque postea reduplicativa illa, quae excidisse medias consonantes Boppius (§. 592) docet, Praeterita. Quorum instar tum ex forma *dadast* (quae nisi simplex exstabat, tamen suffixa majoris deminuendi necessitatis causa facilius poterat oriri) manare potuit *da-ast, dâst,* abjectâ *t dâs,* i. e. goth um *dês,* sax.um *dôs,* theot.um et *tôs* et rarius illud *tâs,* quibus in formis longae *â* tres varietates germ.ae (*â, ê, ô*) apparent conjunctae, tum ex forma *didast* — *di-ast, dêst,* i. e. theot.um saxonicumque *dês* (cf. de *ia* in *ê* transeunte DG. I. 92. EE. et I. 205. EE. 3., quibus locis exempla non solum ex Praet.is quondam reduplicativis, sed etiam alia, velut *zêri, hêr, mêda, thêrna,* citantur, assentiente III.ª editione, p. 95 et p. 241). Et dubiae illae formae *dadat, didat* si revera exstiterunt, eundem interpretandi modum

non minus admittunt. Nam viarum differentium, quas evanescens ingressa est reduplicatio, Boppius (§. 592) unam praetermisit, quam demonstrant formae ags.ae *leolc*, *hêht*, cet. a Grimmio in Hist. L. Germ. (p. 867. 868) citatae, quibus testibus id quoque fieri poterat, ut primum syllabae duae confunderentur, mediae consonantes postea demum exciderentur. Potest igitur ab illo *dadat* derivari *daadt*, *dâdt*, *dâst*, cet., a *didat* derivari *diadt*, *dêdt*, *dêst*, cet. Sed interrogari potest, curnam in solam II.am pers.am exceptio ceciderit syncopes, quam secutae sint omnes ceterae formae. At antiquior esse potest hujus formae deminutio quam reliquarum, tamque antiqua fortasse, ut accentus in extremam syllabam nondum transgressus fuerit, sed in primitivo loco adhuc infixus excisionem syll.ae red.ae impediverit. (*násidâdast*, *násidâ-ast*). Sed haec hactenus. Inter diversa, quae esse possunt, definite certoque dijudicari fortasse nunquam potest, satisque est esse omnino interpretationes quae esse possint. Ejusdem personae in scand.a lingua (*dhir*) vocalem *i* iterum simplicius est ad attenuatam, quam antecessisse apparet, voc.em longam quam ad Conjc.um revocare eamque inter primitivam voc.em longam et ags.ae batavaeque formarum brevem accentusque expertem *e* tanquam pontem esse putare.

Quod superest, non pertinent huc euphonicae eae vel mutationes vel excisiones litterae *d*, quas efficit confinium suffixorum et consonantium radicis, et disputatum jam est, ubi de radice disseruimus, de goth.a *th* et scand.a *dh*.

In verbo nostro quae maximi sunt momenti, comprehendi posse videntur hisce:

1) Difficultates, quas habet verbum *tuon*, in duobus his potissimum versantur: in varietate formarum radicis, in voc.ium red.arum quum extraordinaria qualitate, tum maxime inter se differentia. Quae duo explicari non videntur nequire; at etiamsi

nequirent, tamen hoc quidem constaret, reduplicativum esse verbum, nam — debile esse non potest, desonans esse non potest.

2) Peculiaria quae sunt verbo *tuon*, partim uni soli peculiaria, qualia plurimis in rebus apparent, ea breviter complecti sic possumus:

Spectant ad flexionem: terminatio *-m* in I.ª pers.ª Sing.is Praes.is Ind.i et expers colligativae vocalis terminatio *-n* in Part.o Praet.i (cf. VG. §. 834).

Spectant ad classem: flexiones in Praes.is plerisque formis directe tangentes radicem (cf. VG. §. 109.ª 3), gothico theotiscoque *ist* analogae.

Spectat ad conjugationem: reduplicationis germ.ae et, si recte explicavimus, antiquissimi voc.is red.ae status unicum exemplum usque ad hunc diem conservatum.

Spectat ad usum grammaticum: formatum hujus verbi auxilio Praet.um debile.

3) Antiquitatis obstinata conservatio eminentius in nulla anomalia apparet quam in reduplicatione verbi *tuon*, quae non solum duorum in duabus aetatibus intereundi modorum una sola superstes est, sed etiam ut in majore re contra periculum exitii, ita in minore, si recte interpretati sumus, contra corruptionis (voc.i red.ae impendentis) periculum videtur firme restitisse.

4) Recentiorum dialectorum germ.arum non directe a goth.ª ortarum, sed libere et quasi suo jure adultarum, maxime theot.ae nostrae, testimonium gravissimis fortasse annumerandum in eo versatur, quod verbum *tuon* goth.o sermoni deest, in ceteris paene omnibus exstat.

5) Dubitari non potest, quin in goth.ª quoque et scand.ª linguis quondam exstiterit hoc verbum; dolendumque modo est, quod verbum goth.um non pertinet usque ad monumentorum scriptorum aetatem vel satius usque ad exstantis verbi goth.i aetatem monumenta. Sic si res se haberet, quot dubitationibus, quot conjecturis esset supersessum!

IIII.

In lingua theot.ª media et in recentibus dialectis formae verbi *tuon* Grimmio teste haece sunt:

	In lingua theot.ª media [1]	In lingua neo-theot.ª [2]	In lingua neo-bat.ª [3]	In lingua anglica [4]
Infin.	*tuo-n*	*thû-n*	*doe-n*	*dô*
Praes. Ind.	*tuo-n*	*thû-e*	*doe*	*dô*
	tuo-st	*thû-st*	—	*do-est *)*
	tuo-t, (deit)	*thû-t*	*doe-t*	*do-es **)*
	tuo-n	*thû-n*	*doe-n*	*dô*
	tuo-t	*thû-t*	cet.	cet.
	tuo-nt	*thû-n*		
Conj.	*tuo,* {*tüege* *tüeje*	*thû-e*	(nulla mentio apud Grimmium)	
	tuo-st, {*tüegest* *tüejest*	cet.		
	tuo, cet.			
	tuo-n, cet.			
	tuo-t, cet.			
	tuo-n, cet.			
Part.Praet.	*ge-tû-n, (tû-n)*	*ge-thû-n*	*ge-dû-n*	*do-ne*
Praet. Ind.	*të-te*	*thât, thaet*	*dêd*	*di-d*
	tae-t-e	*thâ-t-est*	—	cet.
	të-te, (dëde)	*thât, thaet*	*dêd*	
	të-t (non *tet*)			
	te-te			
	tâ-t-en	*thâ-t-en*	*dêden*	
	tâ-t-et	cet.	cet.	

1) DG. I. 965. 966; cf. VG. §. 622. p. 871. 2) DG. I. 989; cf. VG. §. 622. p. 871. 3) DG. I. 993; de flexione cf. DG. I. 989. 4) DG. I. 997.

*) Sic Grimmius. Solita scriptura *do-st*.

**) Vel *do-th*.

	In lingua theot.a media.	In lingua neo-theot.a	In lingua neo-bat.a	In lingua anglica
Conj.	*tâ-t-en*	cet.	cet.	cet.
	tae-t-e (dâde) (tët)	*thae-t-e*	(nulla mentio l.c.)	
	tae-t-est	cet.		
	tae-t-e			
	tae-t-en			
	tae-t-et			
	tae-t-en			

Suffixa.	in l. theot. med.[1]	in l. neo-theot.[2]	in l. neo-bat.[3]	in lingua anglica[4]	in l. suecica[5]	in l. danica[6]
Ind. et Conj.	*te*		*de*	*d* [*de**)]	*de*	*de*
	test		—	cet.	*de*	*de*
	te		*de*		*de*	*de*
	ten		*den*		*de*	*de*
	tet		*det (den)*		*den*	*de*
	ten		*den*		*de*	*de*

Theot.i medii sermonis formae (ut has primum consideremus) fundamento antiqui prorsus adhuc nituntur; neque plus una forma est, si severe judicamus, quae ab eo differat, i. e. Praet.i forma *tete*. Apparet autem, hanc quoque formam ex antiquiore facillime potuisse manare. Continetur enim reduplicativae *ë* corruptione hujusque *e* et alterius a transsonantia ortae frequentiore permixtione. Cetera, quae peculiaria videntur, discrepantia ab antiqua lingua proprie non possunt dici. Primum enim in forma *tët* abjectio *e* finalis nihil aliud est quam orthographica praetermissio ejus, quod in pronuntiatione secundum leges „mutae“ sermonis theot.i medii voc.is *e* regulatim praetermittebatur. Deinde Conjc.i rarae illi et, ut Grimmius dicit, „vituperabili“ formae *tët* respondet antiqua

1) DG. I. 945. 2) DG. I. 987. 3) DG. I. 989. 992. 4) DG. I. 996. 5) DG. I. 1000. 1001. 6) DG. I. 1005. 1006; de flexione 1002.

*) in uno exemplo (*made*), de quo cf. DG. I. 996.

forma et ipsa rarissima *dëdi* („*indedi*“ AS. V. 318.); ejusdemque altera forma secundaria *dâde*, quae (una cum Indicativo illo *dëde* Veldekii propria dialectique ejus, quam Grimmius vocat „mittelniederdeutsch“) transsonantiâ legitime (v. DG. I. 458[AA]., I.³ 260. annot. 3.) caret, ad antiquiorem linguam transsonantiâ longae *â* et ipsam vacuam etiam propius accedit quam solitae formae. Inter Praes.is denique formas ea, quae eminet in Indicativo, *deit*, antiquiori *tôit* ita comparanda videtur, ut transsonantiâ voc.is *ô* effecta sit *ê*, voc.ium *ê* et *i* confusione *ei*, eaque, quae in Conjc.o, *tüege*, *tüeje*, antiquioribus formis paragogicis ita, ut ipsa pleonastica *i* (*j*, *g*) diphthongi *uo* transsonantiam effecerit.

Jam inter recentes dialectos, si praetermittimus flexionum jacturam, fidelissima antiquo fundamento mansisse videtur anglica. Quae in Praet.o formam *did* nacta, abjectâ modo finali *e*, quae in pronuntiatione obmutescens neque jam cognita radicalis in eadem erat cum aliis *e* finalibus (velut iis, quae Praet.is debilibus propriae erant) fortuna, ab ags.a matre haud multum distat; neque usquam latius distare ab ea videtur quam in formis *dost*, *does*, *done*, quibus quae peculiaris est vocalis radicalis correptio, ea magni aestimari non potest in hoc sermone pronuntiationis licentia inter omnes excellente. Magis se abstraxerunt ab antiquiorum linguarum similitudine neotheot.a lingua et neobat.a, idque in Praet.is suis, quorum haec duo communia sunt, quod altera voc.is red.a (in bat.a lingua Sing.is vocalis, i. e. mesobat.a illa *ë* in syllaba in voc.em desinente in *ê* conversa, in lingua theot.a vocalis Plur.is) alteram depulit et analogia falsa valuit conjg.is desonantis. Primum enim ex mesobat.o *dëde* manavisse videtur *dêde*, in Plur.i *dêden*, tum ex Plur.i *dêden* similitudinis causa, quae ipsi est cum VIII.a conjugatione Grimmiana (ex. gr. cum Praet.o *grêp*, *grêpen*, v. DG. I. 990.), Sing.is *dêd*. An alio modo explicari potest voc.is finalis *e* in Praet.is debilibus permanentis apocope in bat.o sermone ab obmutescenti mesotheot.a *e* alieno? Similiter neotheot.i Praet.i Pluralis *thâten* una cum II.a Sing.is

persona *thâtest*, quae mesotheot.ae formae *taete* regulae convenienter respondet, secundum analogiam Praet.orum X.ae conjugationis et XI.ae genuit Singularem *thât*, cujus de antiquioribus formis nihil superest nisi poetici illius *thaet* rarissimae reliquiae. Praeterea etiam hac re recens lingua theot.a a media differt, quod propensior videtur ad voc.es flex.as, maxime in Conjc.o, qui potius uti formis *thû-est*, *thû-en*, *thû-et* quam cum Indicativo (ut Grimmius dicit) congruere mavult. Quod restat, formarum suffixarum (quarum quas mutationes efficit vicinitas consonantium radicalium, eae huc iterum non pertinent) commune primum hoc est, quod ut inter veteres dialectos in ags.a et frisia, ita in mediis et recentibus cunctis (non excepta lingua bat.a media, de qua dissertum jam est) vocales omnes in brevem accentusque expertem *e* transierunt, excepta una sola lingua anglica, quae in deminuendo etiam longius progressa vocales plane amisit meramque *d* litteram obtinuit, tum (id quod consequitur ex priore) hoc, quod in unam formam incidunt Indicativus et Conjc.us, qua in re iterum excipi debebat, si maternae linguae fidelis mansisset, lingua anglica, quam ags.i quidem sermonis instar in Conjc.i II.a pers.a carere oportet terminatione *-st*, cujus tamen Praeteritum, repugnante non solum ags.o formandi modo sed ipsius linguae anglicae Praesenti, hanc inter Indic.um et Conjc.um differentiam haud severe quidem secutum videtur; nam dicitur: *thou wer-t* (pro ags.o *waere*) et quum in Indic.o, tum in Conjc.o: *thou shouldst*, *wouldst*, cet. Accedit in anglica, suecica, danica linguis — quanta vastatio flexionum! In earum formis, maxime in anglica sola *d* littera, quis poterat, nisi historia linguarum definite certoque postularet, reliquias conjicere verbi tam prisci, tam gravis?

Sed haec hactenus. Transeamus ad subst.um *dêths*, testem suffixis etiam eloquentiorem exstantis in cunctis quondam linguis germ.is verbi *tuon*. Atque radix substantivi, ut jam supra memoravimus, hac re eminet, quod nusquam habet voc.em *ô*, ubique aut puram *â* (et eam quidem in theot.a forma *tât*,

in sax.ª *dâd* [Schm. 21]*), in scand.ª *dâd* [DG. I. 1041.] vel *dâdh* [DG. I. 926, II. 236]) aut ejus vicariam *ê* (eamque in goth.ª forma *dêds* [DG. I. 1041] vel *dêths* [DG. II. 234, VG. pag. 868. annot.*] et in frisia *dêd* [DG. I. 272. EE. 1., cf. Rf. 680])**) aut alteram vicariam *ae* (in ags.ª forma *daed* [DG. II. 236, Bw. 42] et in bat.ª *daet* [DG. I. 468]). Harum *â, ê, ae* et vocalis *ô* in verbo praevalentis differentiam, quae sine necessitate induxit Grimmium ad relinquendam conjectam a se reduplicationem (DG. I. 1042), jam supra consideravimus, differentesque has vocales inter se conciliari etiam secundum Grimmii sententias posse studuimus demonstrare. Apparet, vocalium in formis *dêths* et *dêdum* concentum, quamquam ambae *ê* secundum explicationem supra tentatam ejusdem qualitatis sunt, ambae *â* longae vicariae, tamen casu tantum, non necessaria ulla conjunctione contineri, neque ex forma *dê-d-um* quidquam aliud comparari posse cum formae *dêths* litteris *dê* nisi secundam *d* litteram (cf. VG. pag. 868. §. 621). Quae eadem de formis *dâd, dâdun, tât, tâtun,* cet. dicenda sunt. Sed jam satis multa de radice. Suffixum radici additum Boppio teste (VG. §. 621) est *di* (ex quo nascitur, ut vocabuli „thema“ sit *dê-di,* de cujus voc.ⁱ *i* in Nominativo abjecta cf. §. 135), graecum *σι* (ex quo intelligitur, graecum *θέσις* et germ.um *dêths* non solum radice sed etiam formatione inter se congruere), sanscr.um *ti,* cujus goth.am formam Boppius eximi vult de lege promotionis sonorum et ad euphonicam tantum vim referri (§. 621, §. 91.) Contra Grimmius (DG. II. 234) syllabam

*) Citatur a Schmellero abnormis quaedam Plur.is forma „*deda*“, quae, nisi forte falso scripta est pro „*dade*“, continere videtur unam ex raris illis *ê* sax.is goth.ae *ê* paribus, de quibus Grimmius disserit in III.ª Gramm.ae editione (p. 241).

**) Praevalent in frisia lingua, Richthofenio teste, tales formae, quae in vocalem desinant („*dede*“, [„*dethe*“]), quibus comparanda videtur islandica illa forma „*daedi*“, quam formae „*dad*“ comitem Richthofenius eodem loco citat. In his num conservata inest suffixi derivativi *di, ti,* de quo statim loquemur, vocalis finalis?

derivativam sumit esse *ath.* Neque vero tantum a Boppio dissidet, quantum leviter inspicienti facile videtur. Vocali enim eget ad colligandam consonantem derivativam cum radicibus suis in consonantem desinentibus, qualem quum hoc loco non ponamus, omittere vocalem possumus; neque videtur, quum declinationes in *A, I, U* internoscat substantivumque *dêths* declinationi in *I* attribuat, abhorrere posse a „themate“ in *i* desinente. Solum igitur hoc in controversiam cadit, utrum primitiva suffixi forma fuerit *di* an *thi*, utrum, ut Grimmius vult, formae *dêths, dêth* reliquiae sint antiquioris formationis, formaeque *dêdais, daed, tât,* cet. ex „praecurrenti“ illa „sonorum submissione“ (DG. II. 224. sqq.) manaverint, an, ut Boppius, formarum *dêth, dêths* littera *th* ex fine tantum vocabuli et subsequenti *s* (VG. pag. 868. annot.* , cf. §. 91) pendeat, formaeque *dêdais* littera *d* paris sit juris atque formae *dêths* littera *th.* Quam controversiam possumus praetermittere. Sed dubium est, utrum Nominativus goth.us scribendus sit *dêths* an *dêds,* Accusativus *dêth* an *dêd;* nam in vocabulorum fine et ante *s* finalem non solum *th*, sed etiam *d* invenitur (velut in formis *sêths, sêds*, cet., DG. II. 224., VG. §. 91.), neque plura tradita sunt de subst.o nostro quam Acc.us Plur.is *dêdins* (DG. II. 234). At consentiunt in scriptura *dêths* Grimmius (l. c.) et Boppius (ll. cc.), et secundum Boppii §.um 91. frequentior iis locis, de quibus hic disseritur, videtur esse *th,* rarior *d.* In scand.a denique lingua utrum *dâdh* an *dâd* sit scribendum, hac de re cf. DG. II. 225—226.

Transeamus ad tertiam materiam tertiae huic parti propositam, ad quaerendum de ratione intercedente inter verbum *tuon* et goth.um *taujan.* Quae non solum cognata verum etiam plane „eadem“ („einerlei“) esse vult Grimmius in dissertatione academica (AA. p. 192—194), cujus argumentatio in eo potissimum versatur, quod defendit, ags.um *dôn,* goth.um *dêdum, dêths, dêdja* restitisse promotioni sonorum, observatâque tantum promotione ab iis differre goth.um *taujan,* ags.um *tavjan,* theot.um *zouwan.* At (ut omittamus cèteras difficultates, velut

necessariam, si „eadem“ sunt *taujan* et *tuon*, debilitatem verbi *tuon*) formarum *dôn* et *dêths* littera *d* — num sonorum promotionis revera est expers? Sanscr.i *dâ*, graeci τίθημι cum verbo *tuon* comparatio latini *dare*, sanscr.i *dâ* comparationi tantopere praestat, ut, etiamsi quis definite probare illam, rejicere hanc nolit, tamen hoc quidem concedere debeat, latini *dare* comparationem ad fulciendam rem tam incertam nimis incertam esse ipsam.

Aliam quodammodo viam Grimmius tentat in Hist. Ling. Germ. ab ea, de qua commodum disputavimus, eo quidem differentem, quod non eadem esse duo illa verba dicuntur, sed potius formarum *brinnan*, *brannjan*, similium instar a forti verbo *tuon* debile *taujan* derivatur, at in capite rei cum ea congruentem. Ex desonanti enim, quod ibi defendit, verbo *dida*, *dada* (i. e. *dad*), *dêdum* manavisse vult verbum *dadvjan*, *dadvida* (at vero unde *v* littera? quidni *dadjan*? hac de re nihil est dictum), quod ut in formam *daujan*, *davida* transierit, attenuatio quaedam vel deminutio, ut in *taujan*, *tavida*, sonorum promotio effecerit. Unde intelligitur (ut silentio praetermittamus ea, quae radici *did* vidimus obstare), iterum niti totum quasi aedificium fundamento liberae a sonorum promotione litterae *d*.

Cognationem igitur verbi *tuon* quum jure (ut pauciora potius quam nimia dicamus) multo majore sibi vindicet sanscr.um *dʿâ*, graecum τίθημι, neque sumi possit duplicem fuisse goth.am promotionem sonorum, triplicem theot.am, fieri non potest, quin verbi *taujan* et aequandi cum verbo *tuon* et ab eo derivandi omnis conatus plane relinquatur. Ac profecto — quidni possit goth.um verbi *tuon* verbum vicarium (*taujan*) perinde atque scand.um (*gera*) cognatione verbi *tuon* plane carere? Assentit non solum Boppius (VG. pag. 765), verum etiam in Grammatica (I. 1041. d.) ipse Grimmius.

Explanatio autem verbi *taujan* quomodo fiat? Hoc quidem ex Grimmii interpretationibus ejusque ex conciliatione notionum dandi et faciendi (GDS. 881. 882) obtineri videtur

posse, goth.um *taujan* per se ipsum, a verbo *tuon* sejunctum, ad latinum *dare*, sanscr.um *dâ* referri perbene posse. Quae via revera tentata a Boppio (pag. 765) hanc modo difficultatem habet, quod obstat sanscr.ae *â* goth.a *au*. Atque haec quidem differentia a Boppio (l. c.) non satis dilucide, non satis facile explicata — num forte ita explanari potest, ut (sicut jam supra, de radice quaerentes, significavimus) spirantem *v*, *w* ad radicis vocalem, et eam quidem tunc correptam, sumamus eodem modo esse adjectam, quo frequentissime solet adjici (velut in formis *mâ*, *mat*, cf. VG. §. 109.b pag. 122. sqq.) littera dentalis? — Restat, ut mentionem faciamus Grimmianae illius sententiae (in eadem illa dissertatione academica [AA. pp. 192. 193] expositae), quae verbum *taujan* ortum „fortasse“ („etwan“) ex forma quadam *tagvjan* vel *tahvjan* comparari vult cum latino *ducere*. Quae conjectura quanquam duplicem difficultatem quasi prae se fert tum excisae consonantis *g*, *h*, tum multo melioris cum lat.o *ducere* comparationis goth.i *tiuhan*, theot.i *ziohan*, tamen — num forte possit obtineri (idque ita fortasse, ut non opus sit evanescenti illa consonante amboque respondere possint illi *ducere* et verbum *taujan* et verbum *tiuhan*), hac de re (quum nimis penitus intrandum esse videatur in comparativae linguarum scientiae quasi penetralia) aliis credo me debere concedere conatum decidendi.

IV.

Inesse omnino in goth.[o] *iddja* verbum *tuon*, facillime intelligitur ex formae *iddja* manifesta debilitate, quam solus Grimmius in Hist. Ling. Germ. (888. 889) addubitat neque vero, ut infra demonstrabitur, refutat, quamque agnoscit non modo Boppius (§. 635), sed alio loco (DG. I. 1042. ε.) ipse Grimmius. Sed hujus verbi quasi anatomiae anomalia formationis peculiares opponit et magnas difficultates, quarum tentaturi sumus explanationem. Ac primum examinemus radicem, tum suffixum.

De radice Boppius et Grimmius inter se dissentiunt. Atque Boppius (§. 635, §. 109.[b] pag. 123), consentiente Graffio (AS. I. 42—43), radicem vult esse *i*, comparatione nisus tum cognatarum linguarum (velut sanscr.[i] *ê-mi*, *i-mas* et graeci *εἶ-μι*, *ἴ-μεν* [cf. VG. §. 486.], latini *i-re*, slavici *i-ti*, cet.), tum goth.[i] *hir-i*, *hir-j-ats*, *hir-j-ith*, quod ejusdem verbi Compositum esse dicit. Quae omnia (excepto goth.[o] *hiri*, quod a Grimmio [DG. I. 846.] aliter explicatum praetermittere malumus) aegre possunt in controversiam vocari. Contra Grimmius in Grammatica (l. c.) radicem contendit esse *idd*, in Hist. Ling. Germ. (l. c.) *id*, quae duo eodem redeunt, nam quae alteri aut favent aut obstant, alterius quoque aut commodo aut incommodo possunt dici, — ab altero enim ad alterum quam facile via vel quasi pons fieri potest conjecta litterae *d* principio simplicis geminatione! Adjuturus opinionem suam Grimmius primum in Gramm.[a] mentionem facit *i* derivativae pone litteras *dd* positae. At verbi *iddja* littera *j* — num revera

est *i* derivativa? Potest etiam alio modo explicari. Deinde in Hist. Ling. Germ. slavico *idû* potissimum et formis graecis ἰτητός, ἰτητέος (Buttm. p. 554) nititur. At illius *idû* radix — num revera est *id?* Ejusdem verbi Infinitivus *i-ti* postulat radicem *i*, cui convenienter explanari quam bene possit forma *idû*, ex interpretatione Boppiana (VG. §. 635) elucet. Et illud ἰτητός — num habet ἰτ radicem? A Buttmannio, ipsius Grimmii teste, (p. 554, p. 340. annot. *) ad simplicioris formae ἰτός reduplicationem quandam formis ἔτυμος, ἐτήτυμος, aliisque analogam revocatum radici attribuitur eidem atque ἰτός, i. e. radici *i*, a qua tali modo videtur ortum (responderent ei, si ex graeco sermone in goth.um quasi verti posset, formae goth.ae *i-ths, idiths*), cui in germ.a lingua nihil possit comparari. Niti his potissimum duabus formis Grimmium diximus; nam quae plura affert, graecum εἶμι, sanscr.um *êmi*, lituanicum *eimi* non minus habere in consonantem desinentes radices, quae quidem „speciem“ tantum „in vocalem desinendi“ („vocalisch auslautendes ansehn“) habeant supplementoque consonantis alicujus, quae evanuerit, explendae sint („wie *êmi* zu ergänzen sei, entscheide ich nicht“), graecum ἦα, ἤϊα ex Praes.i quodam ἰδω, ex Perfecto ἰδηδα vel simili manavisse, ea quum in mera conjectura versentur, solido omni adjumento careant, firmamenta dici opinionis illius plane non possunt.

Cognovimus igitur, Grimmii argumenta minime sufficere, Boppii contineri indubiis analogiis. Nihilominus vero Grimmii radicem *id (idd)* dicere non possumus esse non posse. Cognatarum enim linguarum analogia de controversia decidere hoc loco nequit; nam litterae dentalis frequentissima ad radices germ.as adjunctio (VG. pag. 132, §. 109.b pag. 122. sqq.) — nonne accidere potuit et ipsi radici *i*? (qua de re cf. latinae radicis *i* in Nominibus compositis [ex. gr. *comes, com-it-is*] forma *it*, VG. pag. 131. 132.). Ut sanscr.o *s'ri* respondet theot.um *scrit* (VG. pag. 123), quod gothice, si exstaret, diceretur *scrid*, nonne ita sanscr.ae radici *i* respondere posse ap-

paret goth.am quandam formam *id?* Solvit autem quaestionem in radicis *i* favorem (etiamsi illud *hir-i* iterum omittimus) ags.i *eode* analogia goth.o *iddja* convenientis (cujus de diphthongo *eo* goth.ae *i*, ante *h* et *r* goth.ae *ai* pari v. DG. I. 239. 240. et I.s 348.), quod si ex radice *eod* manavisset, secundum Praet.orum *baedde, fêdde, scrŷdde*, similium (DG. I. 905) exemplum diceretur *eodde.*

Radicem igitur sumendum est esse *i.* Sed quomodo interpretemur flexionem?

Forte quidem Praet.um *iddja* ortum ex radice *i* cogitari non potest, idemque ex Grimmiana radice *id* ortum cogitari non minus nequire, ut hoc quoque demonstretur, omnisque, quae de debili hujus Praet.i forma esse possit, dubitatio tollatur, satis est multitudinem enumerare conditionum exceptionumque extraordinariarum, ex quibus pendet conjecta a Grimmio in Hist. Ling. Germ. forma fortis. Atque primitivam formam Grimmius vult esse *idada, idêdum (id-ad-a, id-êd-um)*, i. e.:

1) Reduplicationis modus conjicitur non solitus ille, in Praet.is goth.is, velut in *ai-auk,* traditus (quidni *i-ad-a, ai-ad-a*, formarum *ni-nam-a, ai-auk* instar?), sed alius quidam, cujus nullum exemplum exstat in lingua germ.a, qui proprius est graecae linguae Perfectis „atticis“ vel sanscr.ae graecaeque Aoristis iis, de quibus Boppius disserit in §.o 584. (cujusque quod exemplum l. c. conjicit Grimmius Praet.um *êt* ab *itat* derivans, id quum in mera conjectura positum sit omnique careat necessitate — nam illud *êt* nonne multo simplicius potest a forma *i-at* vel *a-at* derivari? cf. VG. pag. 929. annot. * — respici non posse consentaneum est).

2) Sumit Grimmius, reduplicationem non reliquorum Praet.orum desonantium instar aut aphaeresi aut confusione evanuisse (quidni *ad, êdum* ex *id-ad-a, id-êd-um* ortum perinde ac *band, bundum* ex *bi-band-a, bi-bund-um?* quidni *êd, êdum* perinde atque *êt, êtum?*), sed simul cum desonantia in hac una exceptione integerrimam permansisse.

3) Sumit, una cum reduplicatione apparere desonantiam

é, quae secundum Boppii interpretationem analogia sanscr.ª fultam (VG. §. 605) a contractione demum reduplicativae et radicalis syllabarum nata simul cum reduplicatione exstare non potuit; quare talis forma, qualis est *idêdum*, esse plane non potest, aut — revinci oportet explicationem Boppianam.

4) Iterum sumit, permansisse in Praet.° terminationem illam primae tertiaeque personae Sing.ⁱˢ, cui deesse omnem analogiam germ.ᵃᵐ jam in secunda parte contra Praet.ᵘᵐ *dada* a *did* derivatum diximus.

5) Quae supra notavimus, etiamsi ea omnia relinquerемus, formamque *idada* concederemus se „coarctare“ („verengen“) in formam *iddja* potuisse, inexplicabile tamen maneret, cur ex forma *idêdum* non pari modo natum esset *iddjum*, quomodo nasci ex ea potuisset *iddjêdum*. Fieri non potest quin sic dicatur: primum factam esse formae *idad-a* in formam *iddj-a* conversionem, tum non jam *-um*, sed perperam *-êdum* putatum esse Pluralis esse flexionem, formaeque *iddj-* instar Sing.ⁱˢ terminationi *-a* antecedentis antecedentem illi *-êdum* formam *id-* in formam *iddj-* conversam esse. At haec — quam artificiosa sunt!

Neque refert, utrum cum Grimmio ponamus desonantiam cum reduplicatione conjunctam (*idada, idêdum*), an meram reduplicationem desonantiae expertem (*id-id-a, id-id-um*). Manerent enim, quae primo loco et quarto dicta sunt; redderetur etiam difficilior ejus formae, de qua quinto dissertum est, explicatio. Ut paucis dicamus, fortitudinis formae *iddja* demonstratio tentata et iis, quae tradita sunt in lingua germ.ª, et simplici verisimilitudini tantum opponit exceptionis, tantum artificiosi, tot res, quae obtineri non possint, ut dubitari, quin ipsa obtineri non possit, etiamsi radicis *id* dubiam fidem silentio praetermittamus, nequeat.

Sed si debile est Praet.ᵘᵐ *iddja*, ortumque a radice *i*, quid est, cur non *i-da*, *i-dêdum*, sed *i-ddja*, *i-ddjêdum* dicatur? Boppius (§. 635) hoc tantum dicit: has formas „mera litterae *d* geminatione et litterae *j* adjunctione ex *i-da*, *i-dê-*

dum ortas“ esse, neque vero originem explicat extraordinarii hujus incrementi. Quomodo nata sit illa *j*, cur hoc loco posita sit, studeamus ad has quaestiones a Boppio omissas respondere.

Primitivas quidem formas secundum ea, quae de verbo *tuon* supra disseruimus, sumere licet has fuisse: in Plur.^{i} *i-dêdum*, in Sing.^{i} *i-dida*, cujus de suffixi voc.^{i} *i* ad ea nobis provocandum est, quae de syllaba reduplicativa supra dicta sunt.

Haec autem forma *i-dida* — quid est, quod non transierit in formam *i-da* perinde atque *nasi-dida* in *nasi-da?* Manifestum est, inter formam *i-dida* et reliqua omnia Praet.^{a} debilia hoc maxime, idque haud parvum, interesse, quod illa quam haec et una syllaba brevior sit et radicis multo imbecillioris, quin imbecillissimae in tota lingua. Illi *nasida* quanto plus est ponderis ac roboris quam formae *ida!* Quare in forma *ida* nimis acerba fortasse deminutio inesse linguae quasi sentimento videbatur. Sed si dici non poterat *ida*, cur non permansit plena forma *idida?* At in hac forma intolerabilis fortasse erat duplex sonus *d* una tantum et brevi accentusque experte vocali disjunctus, quem aegre latum esse ex eo intelligitur, quod in reliquis Praet.^{is} simplex est redditus, intolerabilis, inquam, goth.^{ae} linguae non minus fortasse quam theot.^{ae} veteri et mediae tales formae, quales sunt *heftita*, *stiftita* (DG. I. 871), *tretete*, *zetete* (I. 946), *heftete*, *stiftete* (I. 946. 948.), *rôtete*, *artete*, *wartete* (I. 961.). Quid igitur superfuit nisi media via excidendae secundae *d* litterae, obtinendae vocalis interpositae? i. e. sequendae ejusdem rationis, quam postea secuta est goth.^{a} reduplicatio in reliquis dialectis evanescens, quamque Boppius (§. 605.) inesse jam in desonantia *ê* cognovit, quam denique in suffixo *-dês* supra conjecimus. Tali modo ex *i-dida* manare poterat *i-dia*, *i-dja* et, inorganice geminatâ litterâ *d*, *iddja*.

Sed cum hac explicatione quomodo connecti possunt Plur.^{is} formae et Conjc.^{i}? Formae *idêdum*, *idêdjau* nonne pa-

riter atque *nasidêdum*, *nasidêdjau* integrae poterant manere? At Sing.^{is} analogia in Pluralem, ex Plurali in Conjc.^{um} penetrare perinde atque in recentibus linguis duplicem Praet.^{i} desonantiam amittentibus (velut in neotheot.^{o} *sangen*, *sänge*) potuit. Quare putandum est, formam *i-dêdum* principio permansisse simul cum *iddja*, cujus origine non jam cognita, suffixum *-ddja* cum forma *i-dêdum*, cum formis *nasi-da*, *nasi-dêdum* comparatum contineri visum sit sola amplificatione quadam suffixi Sing.^{is}, quae pari jure Plur.^{i} debeatur. Quod restat, II.^{am} Sg.^{is} pers.^{am} *iddjês* explanaturis, prout unam aut alteram sequimur suffixi *-dês* interpretationem, utraque via nobis patet. Hoc enim *-dês* si cum *-dôs* aequatum a *dadôst*, *didôst* derivamus, formae *iddjês* eundem possumus atque formae *iddja* organicum originis modum attribuere, si a contracto vel *dadast* vel, ut Boppium vidimus velle, *dêd't*, eundem atque Plur.^{i} et Conjc.^{o} inorganicum.

Neque difficilior redderetur argumentatio, sed potius facilior, omnibusque de formis sibi aequalis, si radix esset *id*. Sed ea ratione, quam Grimmius (GDS., l. c.) dubitanter significat, quae „transposito sono“ („mit versetztem laut“), ut ex *id-i-da* (orto [formarum *nasidida*, *nasida* instar] ab antiquiore *id-i-dida*) et *id-i-dêdum* manaverint *iddja* et *iddjêdum*, effectum esse vult, ea ratione, inquam, simplicius esset: sequi hoc quoque loco eandem viam, quam commodum tentavimus, quae in excisione unius *d* et in vocalis *i* in spirantem *j* conversione versatur. Similia num forte Grimmius cogitavit in Grammatica (I. 1042) sic interrogans: *„iddjêdun* stünde wohllautshalber für *iddidêdun?*“ — ?

Reliquum est, ut mentionem faciamus ags.^{i} *eo-de*. Quod a solita via videtur non abiisse. Veri enim simile non est, referendam esse formam *eo-de* ad antiquiorem quandam *eoddje* vel *eodje;* nam si sic se haberet res, aut mansisse litteras *d* et *j* aut earum assimilatione effectam esse formam *eodde* credendum erat. Accedit, quod non obstabat formae *eode* id, quod obstitisse videtur goth.^{o} *ida;* nam diphthongus *eo* vel

saltem semidiphthongus (v. DG. I. 240. 4, I.[3] 344—345, et cf. sermonis anglici medii formae *yôde*, *yêde*, *gêde*, DG. I. 981.) pondus multo majus, sonum multo pleniorem sine dubio praebebat ags.[ae] radici quam goth.[ae] simplex brevisque vocalis *i*. —

VITA.

Natus sum Christianus Guilelmus Kohn Sigenae, oppido ad Sigam fluvium Rheno affluentem sito, anno MDCCCXXIX, mensis Maji die III., patre Ludovico Christiano, quo adhuc vivo laetor, matre, quam praematuro mortuam lugeo, Guilelmina e gente Vorländeria. Fidem profiteor evangelicam. Frequentatis primum urbis patriae scholis, tum gymnasio Herfordiensi, vere anni MDCCCXLIX in almam universitatem litterarum Bonnensem me contuli, cujus per tres annos et dimidium civis disserentes audivi Arndtium, Aschbachium, Dahlmannum, Delium, Diezium, Loebellium, Monnardium, Nadaudium, Ritschelium, Schaarschmidtium, Simrockium, Welckerum, alios. Quibus omnibus gratias ago quam possum maximas. Ex academia egressus, auctumno anni MDCCCLII domum reverti, ibique usque ad hoc tempus commoratus sum. —

THESES.

I. *Anomaliae verborum in germanica lingua quatuor internosci posse genera, quorum duo pertineant ad radicem, duo ad flexionem, quorumque primum radices plane diversas, secundum unius quidem formas radicis sed eas latius inter se differentes commisceat, tertium contraria conjugationis genera, i. e. debile et forte, confundat, quartum intra unius quidem conjugationis fines se contineat sed a regulari flexionis modo longius discedat, quorum denique plura plerumque in uno verbo appareant conjuncta; eademque genera, excepta radicum illa diversitate, in substantivorum quoque anomalia cognosci posse.*

II. *Boppianam Grimmianamque de germanico „Ablaut“ sententias ita inter se posse conciliari, ut ortus quidem sit mechanico modo, dynamicus autem evaserit.*

III. *Theotiscum pikinnan numero Praeteritopraesentium non esse attribuendum, neque alio ullo modo nisi verborum an onda, chan chonda imitatione quasi mechanica ortam esse videri formam pikonda; nequaquam suppeditare ad defendendam contrariam opinionem quae a Grimmio afferantur in libris illis ab Hauptio editis qui inscribuntur „Zeitschrift für deutsches Alterthum“ (VIII, 14—20).*

IV. *In neotheotisco nostro sermone adjectivorum masculini generis et neutrius comitatu articuli carentium genitivum*

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 184 972 A

in -es desinentem et ob integritatem grammaticam et ob sonum pleniorem solitae quidem sed falsae et imbecilliori terminationi -en praeferendum esse.

V. *Servatum esse pronominis reflexivi gothicum illum dativum sis, quo jam carere videamus linguam theotiscam antiquam, in dialecto Sigenensi, quippe quae habeat dativi formam sîr (sĕr) ab accusativo (séch) accuratissime sejunctam.*

VI. *Linguarum neoromanarum poësi non deesse facultatem (quam ut sequatur consuetudo optandum sit) neotheotisca nostra anglicaque ratione utendi, quae eandem in versu vim, quam apud Graecos Romanosque habuerit quantitas syllabarum, accentui soleat attribuere, quamque neoromano illo numerandarum tantum syllabarum more potiorem esse et pulchriorem appareat.*

VII. *In controversia, quae inter historicos sit de Miltiae vinculis et morte, verisimillimum secundum fontium auctoritatem hoc esse: Miltiadem in carcere esse mortuum.*

DD317
T8K6

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 184 972 A

Hollinger Corp.
pH 8.5